— 50. A°. 2040. X. 2.

GLORIOSUS SANCTUS

ROMEDIUS

Ex Comitibus de Thaur Andek, &
Altæ Guardiæ Dominis,

Vallis Annaniæ in Tyroli Apoſtolus, Magnus Thaumaturgus, & Anachoreta,

Quem

Similem fecit Dominus in gloria ſanctorum, & beatificavit illum in gloria Eccli. 45.

Nec non

GLORIOSA DOMUS COMITUM DE THUN,

Illo Aggæi Prophetæ condecorata vaticiniô:

Magna erit Gloria Domûs iſtius. Cap. 2.

Calamô Panegyricô exornata,

a

R. P. AMANDO FRIEDENFELS, S: Ord: Præmonſtratenſis Regiæ Eccleſiæ Strahovvienſis Canonico, Philoſophiæ & SS. Theologiæ Profeſſore, nec non Collegij S: NORBERTI Vice-Rectore.

Vetero-Pragæ, Typis Archi-Epiſcopalibus, in Collegio S. NORBERTI, per Georgium Samuelem Beringer, 1699.

VOTUM
CHRONOGRAPHICUM

Ad Auguſtiſſimum Cæſarem
Magnum



LEOPOLDUM.

PaX grata eſt orbI, IMars ferre Vs, a Vrea paX eſt:

FLoreat In terrIs paXLeopoLDet VIs

Vaticinium Chronographicum de Auguſto Rege Romanorum



OSEPHO.

SaLVatorMVnDI Ioſeph ReXaVree fIes,

Et FaVſtè regnans TVqVoqVeCæſar erIs.

SUB

AUSPICIIS

ILLUSTRISSIMI

AC

EXCELLENTISSIMI

DOMINI DOMINI


ROMEDII CONSTANTINI,

SACRI ROMANI IMPERII COMITIS

DE

THUN

Domini in Choltitz, Caſtelfund, Superiori & Inferiori Marckersdorff, Ledetz, & Svvogschitz, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Intimi Actualis Conſiliarij, Camerarij, & in Inclyto Regno Boëmiæ Regij Locumtenentis, Sumptuoſiſſimæ Capellæ S. ROMEDII in Arce Choltitzenſi Munificentiſſimi Fundatoris. Domini Patroni Sui, ac Mecœnatis Gratioſiſſimi.



THUN.

THUN!



IN hoc unico Nomine omnia dixi. Hoc ſolum nomen eſt inſtar laudis, hoc ſolum dum profertur encomiorũ volumen eſt, hoc ſolum dum ſcribitur grandis eſt elogiorum bibliotheca. Tale eſt nomen THUN, quod nec ſæculorum decas, nec ſexcenti proavi ſufficienter explicant. Amplitudo THUNIANI nominis, vincit eloquentiam *Factis*, minus eſt quod tota *dicit* Rhetorica, quàm quod unica hæc Domus *facit*. Huic glorioſo Nomini maxima totius orbis ſtemmata incorporantur: non enim forent illa magna, nisì glorioſis ſuis *factis* de Thun fuiſſent. Magna ergo eſt hæc Illuſtriſsima Domus, quæ magna fecit, & adhuc facit, nec poteſt ceſſare glorioſa facere, nisì cum *facto* nomẽ THUN ceſſaret. Hoc nomen nemo plenè capit, nisì capiat quidquid præterita fecerunt ſæcula, nemo plenè illud eloqui poteſt, nisì conjungat *dictum* cum *facto*, nemo ſufficienter exprimere potis eſt, nisì *factis* loquatur; nemo hanc Illuſtriſsimam Domum ſatìs explicare valet, nisì ipſa ſe ipſam. Glorioſi vocandi ſunt Comites de THUN, quia *Gloria eorum à partu, & ab ubere, & à conceptu.* Glorioſa vocanda eſt hæc Familia, quæ deprehenditur eſſe coro- *Oſed. 9.*
nata inter Imperatorès, armata inter Heroës, togata inter Conſiliarios, infulata inter Epiſcopos, purpurata inter Cardinales. Dedit illa Catholicæ Eccleſiæ Atlantes,

Imperio columnas, Regionibus fulcra, Cæſaribus & Regibus Conſiliarios, Urbibus ac Provincijs Gubernatores: ità ut *illi* applicari poſsit illud Aggæi Prophetæ vaticinium:
Aggai. c. 2. *Magna erit Gloria Domûs iſtius.* Hæc omnia pertinent ad Te Illuſtriſsime ac Excellentiſsime Domine Comes. Extollit Te Majorum Gloria, & Tu illis augmentum adfers. Tu creſcis ex illorum Gloria, & viciſsim illis Gloriæ incrementum ſuperaddis, mutua eſt laus veſtra, & honorifica Gloriæ æmulatio. Majorum laus Tibi cedit in Gloriam, & laus Tua illorum Gloriæ eſt additamentũ. Magna certè eſt Majorum Gloria, habere poſteros Glorioſos. Verbô, illi Tibi ampliſsimum præbent encomium, & Tu illorum in Te exhibes compendiatam panegyrim, & ſic invicem eſtis alternum elogium. Favet Tibi Illuſtriſsime ac Excellentiſsime Domine Comes Cælum propitium, videtur hoc ordinare, ut in Gloria ſuccedas Majoribus Tuis, imò multis Majoribus fias major: & poſtquam illi Tibi contulerunt primum gradum Gloriæ, Tu illis ſuperaddas ſupremum. In felici ſanè conſtellatione natus eſſe comprobaris, quia paucis mortalium, major pars Planetarum eſt amica: erga Te verò ſe omnes oſtenderunt eſſe propitios, ac liberales. Ut autem à ſummo Planetarum ad inferiores deſcendam: SATURNUS grandævus ille ſenecio Tibi contulit vetuſtæ proſapiæ antiquitatẽ. MARS bellorum DEUS Tibi heroicos animos contra rebelles Cæſaris in Hungaria inſpiravit. Summus Deorum JUPITER, Te dignitate Regij Locumtenentis in Boëmia honorávit, & inter Regni Proceres ſedere fecit. SOL luminis fons & origo, nobilitatem Generis Tui illuſtravit, & fulgidiſsimis honorum titulis Te Illuſtriſsimum effecit. MERCURIUS Scientiarum & Artium Patronus, vertici Tuo maturam indidit prudentiam, Téque ad intimum Cæſaris Conſilium promovit. Alma VENUS Tibi de optatiſsimo proſpexit matrimonio, obtulítque lectiſsimam Conjugem BARBARAM FRANCISCAM

Comi-

Comitiſsam de Salm, in cujus unica perſona, omnes virtutes Matronales concentratæ ſpectantur, quæ etiam Te Juniore ROMEDIO magnæ ſpei Filiô beavit. LUNA plena quæ ſuis influentijs in orbe ſublunari rebus pènè innumeris augmentum confert, illa Tibi pariter favit, & rei domeſticæ, nec non facultatibus Tuis per inexſpectatam hæreditatem incrementum dedit. Verbô, factus es benedicente DEO, parvum magnæ felicitatis compendium. Proinde cum Davide viro ſecundùm cor DEI, ità Divinam alloqui potes Majeſtatem: *Cœpiſti benedicere Domui ſervi tui, ut ſit ſemper coram Te. Te enim Domine benedicente benedicta erit in perpetuum.* Hujus igitur à DEO benedictæ Domûs de THUN, uti & S. ROMEDII ingentem gloriam, à me rudi calamo adumbratam, Tibi conſecro Illuſtriſsime ac Excellentiſsime Domine Comes. Exolvo debitum meum, quod promittendo contraxi, Tibíque opus meum dedico, quod me aggredi juſsiſti. Nec potui id non facere; à THUN & à FACTO ad hoc ipſum faciendum animatus. Ad Te ergo Excellentiſsime Domine Comes recurro, & ſcriptioni meæ Gloriоſum Nomen de THUN in fronte præfigo. Multùm enim calamitoſus foret meus calamus, parúmq; efficeret, nisì illi THUN aſſiſteret, & in nomine THUN explanando aliquis de THUN eundem adjuvaret. Nec mea penna careret temeritatis ſuæ pœnâ, nisì ad Caſtellũ THUN tanquam ad *Civitatem refugij* ſe ſalvaret; neque debiles mei digiti rectam poſſent formare lineam, nisì tremulam manum duceret Gratia THUNIANA. Hoc clariſsimo confortatus Nomine, bono omine præſumo Illuſtriſsimam Domũ de THUN obtusô calamô delineare. THUN facit ut faciam, & THUN me facere facit, quidquid facio THUNIANA eſt creatura, unde facto meo rectè inſcribere poſſum THUN FIERI FECIT.

1. Paral. 17

Illuſtriſſ: ac Excellentiſſimæ Dom: Veſtræ

Humillimus Servus, & devotiſſimus Cliens

Pater Amandus Friedenfels, Canonicus Strahovienſis.

AD ILLUSTRISSIMAM FAMILIAM DE THUN.

DArcite *COMITES ILLUSTRISSIMI* quod rudi penicillô gloriam Veſtram adumbrare præſumam. Quæ de Vobis ſcribo umbra tantùm ſunt illorũ quæ Vos geſsiſtis. Umbræ tamen etiam pictoribus placent, & in ipſis umbris artificium Apellis quandoque conſiſtit. Magna eſt Domus Veſtra *COMITES ILLUSTRISSIMI: GRANDIBUS*, Hiſpaniæ æquales jactat moles, & *PARIBUS* Franciæ non impares ædes oſtentat. De hac Illuſtriſsima Domo verificatur illud, quod Gallicus adulator Regio Palatio inſcripſit: *Par Domus eſt Urbi.* Ego verò ex hac ampliſsima Urbe vix unam plateam rectè delineavi. Illuſtriſsima hæc Familia clariſsimus Sol eſt: ego ex illo tantùm unicum radium adumbravi. Altiſsimus Gloriæ Olympus eſt: ego ex illo unicam tantùm exhibui gloriæ *Thunianæ* arenulam. Flagrantiſsima virtutum Ætna eſt: ego unicam expreſſi ſcintillam. Ingens Magnificentiæ circulus eſt: & ego vix unum *punctum honoris* rectè attigi, & nec quidem punctum totum, ſed punctum puncti, vel potiùs punctuli umbram. Eſt Illuſtriſsima hæc familia vaſtiſsimus laudum Oceanus, in quo flumina eloquentiæ abſorbentur: ego verò unicam tantùm Gloriæ THUNIANÆ guttulam

lam delibavi. Multa & magna Comites Illuſtriſsimi de vetuſtiſsima Domo Veſtra ſcribenda forent. Illa quæ in hoc opuſculo extremis veluti digitis attingo, minima pars ſunt illorum, quæ à Vobis gloriosè acta ſunt. Quod longè plura honoris Veſtri non produxerim monumenta; diverſa id impediverunt obſtacula. Et primò quidem in cauſa eſt Veſtræ Nobiliſsimæ Familiæ antiquitas, & originis vetuſtas. In hanc longa ætas deſævijt, & plurimorum memoriam devoravit. De hoc edaciſsimo monſtro lamentatur Seneca;

Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit,
Omnia ſede movet.

De illius inſatiabili voracitate ità conqueritur Muſa Ovidiana:

Tempus edax rerum, túque inſidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis, vitiatáque dentibus ævi
Paulatim lentâ conſumitis omnia morte.

Nondum natus eſt tam fortis Hercules, qui hujus belluæ nocivos dentes excutere valuerit. Per temporis diuturnitatem conſumptæ ſunt veterum THUNIADUM memoriæ, ſtupente Poëta:

Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?

Quis enim tam abſurdi judicij ſit homo, qui ſibi perſvadeat Nobiliſsimam hanc Familiam, quæ in maximo flore Romæ Orbi imperantis, Patritiorum gaudebat titulô, uſque ad tempora S. Vigilij Epiſcopalem Tridentinæ Urbis ſedem occupantis (antequam in Comitatu Tyrolenſi circa Annum Domini ſexageſimum ſupra Trecenteſimum Sedem fixiſſet) nihil laudabiliter egiſſe? quis tam invidi eſt oculi, ut livore ſuo faſcinare audeat hujus ſtrenuiſsimæ Familiæ gloriam, quaſi ab ætate Divi Vigilij, uſque ad ALBERTINUM de Thun (cujus nomen primùm poſteritati innotuit, & qui circa Annum Chriſti 1050. floruit) nihil

hil ab his Heroibus per ſeptem propè ſæcula gloriosè actũ fuiſſet? Si Illuſtriſsima hæc Familia ſplendidiſsimus Sol eſt: quomodo erit credibile per tot ſæcula nullum Virtutis radium ſparſiſſe? Si ardentiſsima Martis Ætna eſt, quis ſibi imaginetur, nullam Heroici facinoris ſcintillã per ſeptem propè annorum centurias in illa emicuiſſe? Si vaſtiſsimus rerum præclarè geſtarum Oceanus eſt, quo modo fiet vel apparenter veriſimile, per centum & triginta octo luſtra nullum gloriæ rivulum ex hoc mari magno promanâſſe? Si nos plurima Heroum de THUN digna æternitate acta latent: Vetuſtatis hoc vitium eſt, nam ùt præclarè loquitur, apud Stobæum Euripides *tempus obſcurat omnia, & oblivione involuit.*

Alterum obſtaculum poſuit ferrei hujus ſæculi immanis truculentia, in quo ſub Conſtellatione Martis & Mortis tam funeſta edita ſunt ſpectacula, ut memoriam illorum recolentibus vehemẽtiſsimum incutiant horrorem. O quàm verè cecinit elegantiſsimus Poëtarum Tibullus.

Lib. 1. Eleg. 10.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes,
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.

Pallas, licèt ſit armata, connubium Martis reſpuit, inter arma ſilent leges, evertuntur Urbes, ſolo æquantur Academiæ, exuruntur Bibliothecæ, incenduntur Archiva, & maximam rerum memoriam vorax Vulcanus depaſcitur; & ſic militia non procul diſtat à malitia? Hoc execrabile malum, etiam invaſit glorioſam Domum THUNIANAM, dum præclara illius monumenta, & documenta magna ex parte ad diem cinerum condemnavit. Sed quis miretur hanc Nobiliſsimam Domum ab hoc infortunio non manſiſſe illæſam cum Roma Urbium Regina, ab illo non fuerit immunis. In ſupplementum tamen incinerati Archivi Illuſtriſsimæ Familiæ de Thun, ſequẽtia omni exceptione majora adduco teſtimonia; & publica inſtrumenta.

Wir Leopold von Gottes

Gnaden / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / Steyr / Khärnden / Crain / und Württenberg / Fürst zu Schwaben / Marggraff des Heiligen Römischen Reichs zu Burgau / Gefürster Graff zu Habspurg / Tyrol / Pfürdt / Khyburg / und Görtz / Landgraff in Elsas / Herr auf der Windischen Markh / zu Portenaw und Salins ꝛc.

BEkeñen hiemit und thun kundt Männiglich; Demnach Uns der Röm: Kayserl: Mayt: gehaimer Rath / auch Königl: Wd: zu Hungarn und Böhaimb / Obrister Hoffmeister Christoph Simon Freyherr von Thun ꝛc. unterthänigst zuerkennen geben / was massen Ihnen von Thun in der vor Jahren fürgangnen leidigen Brunst / Ihr Staiñhauß / sambt Ihren besten Documenten / darinnen Ihres Geschlechts Ursprung und Herkommen begrieffen: Im Rauch auf und zu Verlust gangen / Sie aber auf alle Begebenheit uñ zustehende Fäll / gern mit Beweißthum Ihres ansehnlichen Herkommens so viel möglich gefast seyn möchten / sich dessen zu Ihrer Nothdurfft zubedienen; Derowegen Uns unterthänigst ersucht und gebetten / weil kein Zweifel / daß in Unserm Tyrolischen Archivis uñ Registraturn / deren Vor-Eltern An- und Einkunfft in dieses Land Nachrichtung zuerlangen seyn möchte; Daß Wir der Befindung glaubwürdige Zeügnus gnädigst mitzutheilen / geruhen wolten. Und nun männiglichen zu steür der Warheit in keinen Fall Zeügnus zuverweügeren; Dahero wir soviel mehr und billicher hierzu Unsern und Unsers Hochlöblichen Haußes Treü-gehorsambsten ansehnlichen Land-Ständen billich gewogen / Daraufhin auch bey Unsern / Archiv und Registraturn nachschlagen lassen; Ist in bemelden Unsern glaubwürdigen Archiven zwar des allererstẽ des Geschlechts Tauf-Nahmen und Anfang noch zur Zeit nicht / doch soviel befunden worden / daß gedachter von Thun Vor-Eltern mit dem H. Vigilio Bischoffen zu Trient / und dessen Mutter Maxentia und beeden Brüdern Claudiano und Maioriano im Dreyhundert acht und achtzigsten Jahr / nach Unsers HERRN und Seeligmachers Geburth / wie die verhandene Documenta zuerkennen geben / in dieses

Land der Fürstlichen Graffschafft Tyrol kommen. Wann dann darauß soviel erscheint / daß mehr gedachte von Thun von vielen Hundert Jahren hero ansehenlichen Uhralten Geschlechts / ruhmlichen Stammens und Herkommens / und noch dieser Zeit unserer Fürstlichen Graffschafft Tyrol vornehme Land-Ständ und Mitglieder / Als haben wir auf obgemeldte Ihre Bitt / Ihnen gegenwärtige Zeügnus zuertheilen / nicht unterlassen wollen oder können; Damit Ihnen solche zu allen Gelegenheiten ersprießlich und fürständig seyn köndte / nicht zweiflend in weiterm Nachschlagen sich noch mehrere und ältere Gezeüchnussen an Tag geben / deren künfftiglich mehrer Attestation zuertheilen / auf Begehren zügleich erbietig seyn; Dessen alles zu wahrem Urkund / haben Wir uns mit Ertzfürstlicher Hand unterschrieben / und unser Secret-Insiegel anzuhencken / gnädigst befohlen: Geben in unserer Statt Insprugg den sechzehenden Tag des Monaths May. Nach Christi unsers lieben HERRN und Secligmachers Geburth / im Sechzehenhundert Neün und zwantzigsten Jahr.

Leopold.

Ad mandatum Serenissimi Domini
Archi-Ducis proprium
S:Hamprecht.

Attestatio Illustrissimi & Reverendiss: Episcopi & Principis Tridentini.

NOs CAROLUS EMANUEL MADRUTIUS DEI Gratia Episcopus, & Princeps Tridenti, Comes Chialanti &c. Nec non N. & N. Capitaneus, Consiliarij, & Locumtenentes prælibati Illustrissimi & Reverendissimi Principis, &c. Attestamur tenore præsentium, ex relatione plurium fide, dignitate, & authoritate insignium personarum, notum esse, & pronotorio haberi in hac Regione, tam ex publica voce, & fama, quam ex majorum traditione, quod Nobilissima Familia de Thonno, ex alma Urbe Romæ oriunda, ex antiquissima, & Patritia Stirpe in hunc Episcopa-

ſcopatum, unà cum Glorioſo Sancto VIGILIO Martyre, Epiſcopo, & Protectore noſtro, de Anno ſalutis CCCLXXXVIII. ſe contulit: conſtituendo domicilium, & habitationem in Valle Annaniæ, ubi plura inſignia, atq; nobilia Feuda, & pro parte Jurisdictionalia, Decimas, & alia ſtabilia ampliſſimos introitus reddentia, nec non ſubditos, ſervos, cum mero, & mixto Imperio poſſidet. Quæ propterea inter præcipuas antiquiſſimas, & opulentiſſimas huiſce Provinciæ Proſapias connumeratur; quam etiam maximè exornârunt, & exornant quàm plurimi ex ea continuata ſerie deſcendentes, diverſis dignitatibus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, ſummisq; honoribus perfuncti, & præditi Viri. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes fieri, noſtriq; Sigilli juſſimus, & fecimus appenſione communiri Datum Tridenti, in Arce Boni Conſilij, die 13. Menſis Junij. M. DC. XXIX.

Ad Mandatum Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi
Dñi. D. Epiſ. & Principis prop. & in Conſ.

Felix Alberti.

Atteſtatio aliquot Illuſtriſſimorum Procerum Comitatûs Tyrolenſis.

NOs omnes inferiùs deſcripti. Quibuscunque expedit, quavis præfulgeant Dignitate, hâc noſtrâ teſtimoniali ſcripturâ ſyncerè, & pro rei veritate, ex lectura, quam fecimus plurium librorum impreſſorum, publicorum documentorum, & aliarum ſcripturarum, inſignium relatione Virorum, præceſſorum traditione, publicâ voce, ac famâ, reiq; notorietate atteſtamur Illuſtriſſimam Familiam D. D. Baronum de Thunno, Romæ ex antiquiſſima Patritia Stirpe oriundam, Anno à Chriſto nato CCCLXXVIII. illinc migrando, cum Sancto VIGILIO, Epiſcopo poſtmodum Tridentino, & Martyre Glorioſo, Sancta Maxentia Matrona Romana ejusdem Matre, & Beatis Claudiano, & Majoriano fratribus, patriâ relictâ ad Civitatem Tridentinam perveniſſe, ſecum plures conducendo ſervos, conſtituto in Valle Annaniæ D. Tridentinæ Diæceſis domicilio; etſi conſtet quæ poteſtas, & quæ Jura Dominis in ſervos legibus Romanis conceſſa ſint, attamen continuatâ legitimâ ſucceſſione, accedentibus ad id cum Illuſtriſ-

ſtriſſimis & Reverendiſſimis Epiſcopis & Principibus Tridentinis compactationibus, in dictos cum ſuis peculijs ſibi ſubjectos ſervos natos, & naſcituros, etiamſi extra proprium territorium in aliena Jurisdictione deliquiſſent, pium, & Chriſtianum imperium exercuiſſe, & exercere, quin etiam ex mero arbitrio nonnullos eorum ſervorũ Romano olim more manumittendo, eosq; ſervituti, manui, & poteſtati ſuppoſitos liberando, & liberâſſe comperimus: quo quidem, vel conſimili jure aliorum in hac Regione Procerum, ſeu Magnatum nullus gaudere reperitur. Cæterùm hanc eandem Illuſtriſſimorum D. D. Baronum de Thunno proſapiam plurium Jurisdictionum poſſeſſione, & rerum affluentiâ florentem complures anteactis temporibus, & noſtra quoque ætate produxiſſe Heroës, pace belloq; præclaros, Viros graves, & ſingulares, præcipuis dignitatum, & functionum, honoribus ſucceſſivè à ſummis, etiam Orbis Chriſtiani Principibus decoratos palàm eſt.

Quæ omnia veritati conſona per nos reperta, ſic requiſiti, præſentes fieri in fidem juſſimus, & noſtris ſubſcriptionibus, & ſigillis communivimus. Dabantur die xxviiij. Menſis Septembris Anni ſalutis noſtræ M. DC. XXIX.

Ludovicus Comes Lodroni

Albertus Baro à Wolkenſtein.

Udalricus Baro in Firmiam.

Sigismundus Dominus Spori.


Erneſtus Trapp Baro Dominus Biſeni, & Caldonatij Canon: Tridentinus.

Cum ſingulorum Dominorum ſigillis appenſis.

TErtium impedimẽtum adjecit mea rerum geſtarum ignorãtia; quãvis enim ex probatiſsimis Authoribus, ex antiquiſsimis & Authenticis manuſcriptis, ex fide digniſsimis relationibus, ex propria oculari experientia, jam plurima gloriæ Thunianæ promovendæ inſervientia collegiſſem: nihilominus tamen, pro majoris honoris augmento, apud rerum Thunianarum apprimè peritos ſupplicitèr inſtiti, ut ignorantiæ meæ benevolâ ſuccurrerent informatione. Sed quia hactenus in plerisque meis conatibus, fata mihi inimica reperi, etiam huic meo deſiderio for-

fortunam adverſam obſiſtentem inveni, proinde optatis documentis deſtitutus, illubenti animo non pauca Gloriæ Thunianæ monumenta altô ſilentiô præterire compulſus ſum, quem defectum per ignorantiam invincibilem cupio haberi excuſatum. Invitâ mente coactus ſum ignorare plurima egregia Thuniadum facta. *Ignorantia autem facti, & non Juris excuſat.* Reg. 13. Juris in VI.

Tandem quòd Cedro digna Thunianæ Familiæ acta obtusô meô penicillô ad vivum non expreſſerim, obſtitit à Comitibus de THUN rerum geſtarum magnitudo: neque enim facili negotio inveniri poterit tam acurat9 Apelles, qui Nobiliſsimi hujus ſtemmatis gloriam ad unguem poſsit delineare: Si Hiſtoriam Illuſtriſsimæ Familiæ de THUN enucleatè enarrare tentaret Curtius, profectò eſſet nimis curtus, & ſe fateretur pro rei dignitate ſcribere curtiùs. Florus non eſſet ſatìs floridus; & facundiſsimus Tacitus, cogeretur tacere, ac gloriam Thuniani Nominis tacitus venerari. Imò ipſe Princeps oratorum Cicero, qui pro Domo ſua eloquentiſsimè peroravit, ſi illi de Domo Thuniana differendum foret, brevì vela dictionis ſuæ contraheret; & valde citò oratoribus conſvetâ uteretur Clauſulâ DIXI.



AD BENEVOLUM LECTOREM.

BIs *ad limam ſemel ad lingvam*, antiquô cautum eſt proverbiô. Si verba volantia ad limam bis vocantur, quoties limanda erit illa litera, quæ ſcripta manet? Si pro politura lingvæ, lima bis eſt adhibenda, certè pro pennæ cultu, ter admovendus eſt culter, nè incircumciſus calamus, calamitoſos effundat conceptus.

Miſera Matrum, miſera ſcribentium eſt conditio; libri enim teſte Clemente Alexãdrino, *filij ſunt animorum*, adeoque multùm inter ſe conveniunt conceptiones ventris, & conceptus mentis. Magno conatu effunditur partus ventris, magno labore eluctatur partus mentis. Patrino indiget proles ventris, Patrono opus habet proles mentis. Novem menſibus deliteſcit in utero filius ventris, pluribus ſæpe annis in cerebro velut Pallas latet filia mentis. Recèns nato nomen imponitur filio ventris, novus Titulus inſcribitur filio mentis. Peſtilens oculus faſcinat fructum ventris, invidus oculus intoxicat ſobolem mentis. Sæpe de utero transfertur ad tumulum proles ventris, frequenter vix editus ſupprimitur filius mentis. Incerta eſt fortuna librorum, ſed magìs ambigua ſors eſt librorum, in hoc tamen diſcrepant fructus ventris & mentis, quòd liberi naſcantur in diverſis ſignis Zodiaci, libri autem ſemper in Libra, & hinc fortaſsis à librando libri dicti ſunt. Diu igitur deliberans, & vires meas librans, illud Horatij monitum animô meô revolvebam:

Su-

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, & pensate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri ?

Proinde exilitatem tenuitatis meæ agnoscens, statueram ab omni scriptione pennam meam avocare, nisi eandem non mediocria motivorum momenta ad scribendum revocâssent. Et inprimis hoc pij laboris obsequium exegit Divus ROMEDIUS in cujus sacra æde Choltitzij per octennium Capellani munere fungebar, adeoque necesse fuit evenire, ut ferè quotidie sese oculis meis objicerent acta Divi ROMEDII, eleganti penicillô in sumptuosissimo hoc Sacello repræsentata. Hæc adeo vivacem rerum ab illo gestarum menti meæ impresserunt ideam, ut piâ æmulatione præsumpserim vitam illius laboriosô calamô describere, quam artificiosus penicillus eleganter expressit. Decens omnino fuit, ut aliquo Religiosæ meæ devotionis anathemate humillimus Capellanus Patronum meum in cælis venerarer.

Post hunc efficacissimus hujus opusculi conciñandi, Motor, Promotor, & Impulsor accessit Illustrissimus ac Excellentissimus Dominus Comes ROMEDIUS CONSTANTINUS de THUN, qui ex summa erga Sanctum ROMEDIUM Patronum specialissimum pietate, pro majori cultûs illius augmento, & devotionis incremento, me ad hunc laborem subeundum nervosis adhortationibus, & oblatis liberali pietate pro necessarijs in rem Typographicam faciendis sumptibus, potenter exstimulavit. Nec potui tanto meo Mecænati quidquam denegare, cujus desiderium mihi semper instar imperij fuit. Et meritò quidem, cùm enim per octo annorum circula in Aula Choltitzensi existens, propè innumeris, à sua Excellentia affectus fuerim beneficijs, profectò forem ingratus *ùt octo*, si id præstare negligerem, quod Excellentissimo Domino Comiti gratum fore existimarem. Nec

 mi-

minus incitamentum mihi ad ſcribendum addidit Glorioſa Familia de THUN, cujus ſpecialem erga meam indignam perſonam favorem, in diverſis locis, & occaſionibus expertus ſum, quæ cum ſub ſpeciali ſancti ROMEDII Patrocinio floreat, anſam mihi præbuit, aliquô gratitudinis ſignô obligationi meæ ſatisfaciendi; nec meliori modo poteram, gratitudinem meam teſtatam facere, nisi Illuſtriſsimæ hujus Domûs Gloriam ſtylô Panegyricô luci publicæ exponendo; quod ità præſtare conatus ſum, ut Gloria Thuniani ſtemmatis, cum Gloria Divi ROMEDII, & acta illius, cum præclaris Thuniadum facinoribus ſymbolizarent, & quodammodo ſibi invicem cohærerent.

Acribus pariter ſtimulis me excitabat erudita bonorum Amicorum importunitas, qui repetitis exhortationibus aures meas obtundebant, ut calamum arriperem, & ſtylum meum ſcribendo exercerem, nè longô otiô rubiginem contrahendo hebeſceret, & inter antiqua ferramenta retruderetur. His tantisper morem gerere placuit; pro quibus etiam digreſsiones morales conſcripſi: ut in illis ſi non ſubtilem intellectum, ſaltèm bonam paſcerent voluntatem. Quodſi tamen avido curioſitatum Lectori undique non fuerit ſatisfactum, ille noverit, me frequentiùs gravi ſacrarum ſententiarum ictu, potiùs conſcientias penetrare, quàm ſemper ſubtilibus argutiarum acuminibus volatile ingenium Lectoris titillare voluiſſe. Non tamen huic opuſculo ſui deſunt ſales, nam hujus ſæculi Genio me ſubinde accommodavi, qui omne id quod argutiarum ſale caret, inſipidum & inſulſum putat.

Cæterùm quod meam ſcribendi methodum attinet, non ſum veſtigia illorum ſcriptorum ſecutus, qui in ſuis Hiſtorijs ſingulis rebus & minutijs explicandis, tam operosè inhærent, ut multùm Mercurij habeant, ſed parum Apollinis; & tam inutili diligentiâ ſunt occupati, quaſi culi-

culicem exenterare laborarent. Mihi ſubſtantiam rei & Hiſtoriæ enarrâſſe ſatìs fuit. Ità tamen egi Hiſtoricum ut ſimul miſcuerim Oratorem: non ſtudui ſtylo phalerato, ſed claritati, ità ut mea ſcriptio etiam à Lectore mediocriter latinitate tincto, intelligi poſsit. Quid juvat oratorijs ampullis & ſesquipedalibus verbis ac conſtructionibus, ultra ſtadium excurrentibus, ſenſum extendere, ſi interim mentem Lector ſcribentis vix ad unum paſſum aſſequatur. Fateor me ad latinitatem culinariam ſubinde deſcendere, nè rudioris Minervæ Lectores, qui ſtyli ſublimitatem nauſeant, dimittam planè jejunos. Verbô conabar fieri *omnibus omnia*, illúdque ex ſacra pagina libro 2. Machabæorum, capite ultimo, ſecutus ſum oraculum, quo hunc librum ſacer claudit Hiſtoricus ità ſcribens. *Ego quoque in his faciam finem ſermonis. Sin autem minùs dignè, concedendum eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam contrarium eſt, alternis autem uti delectabile; ità legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hîc ergo erit conſummatus.*

Ad Zoilum.

Zoile non timeo morſum, dentésque caninos,
Pro me ROMEDII fortior Urſus adeſt.

Ad Momum.

Urſus, ROMEDII quòndam laceravit aſellum,
Illi cùm ſimilis ſis, tibi Mome cave.

CEN-

CENSURA.

OPus cui Titulus: *Glorioſus Sanctus ROMEDIUS, nec non Glorioſa Domus Comitum de THUN, Calamô Panegyricô exornata*, diligenter perlegi; & ſicut in eo nihil bonis moribus, aut Fidei Catholicæ adverſum inveni, ità inſignem Authoris Eximij Doctrinam, & ſublime ingenium, cum admiratione ſuſpexi. Proinde Typis digniſſimum judico.

Joannes Maria Hlozek, C. R. Theatinorum Pragæ Præpoſitus, & Venerab: Archi-Epiſcopalis Conſiſtorij Aſſeſſor.

IMPRIMATUR.

Wenceslaus Bilek à Bilenberg
Officialis.

J. F. Liepure Cancellarius.

FACULTAS

Reverendiſſimi ac Ampliſſimi Domini, Domini

V I T I,

Sac: Ord: Præmonſtratenſis Regiæ Eccleſiæ Strahovvienſis utì & Milovicenſis ABBATIS, nec non per Bohemiam, Auſtriam, Moraviam & Sileſiam VISITATORIS GENERALIS ac Perpetui, Sac: Cæſ: Regiæq; Majeſtatis Conſiliarij.

CUm Opus ſub Titulo: *Glorioſus Sanctus ROMEDIUS &c.* à R. P. Amando Friedenfels, Regiæ Eccleſ: Noſtræ Strahovvienſis Canonico Regulari compoſitum, debitâ cenſurâ diſcuſſum, & approbatum, Nobis ab eodem humiliter oblatum fuerit, pro eo quo fungimur munere liberam ei facultatem (quantùm in Nobis eſt) illud Typis mandandi concedimus & impartimur. Pragæ 21. Octobr. Anno 1698.

VITUS ABBAS Strahovvienſis
& Ordinis Viſitator.

EPI.

EPITOME VITÆ S. ROMEDII.



Omedius ex Illuſtriſsima Comitum de THAUR Familia oriundus, à prima ſtatim pueritia virtutem conjunxit Nobilitati, & exemplari ſuâ converſatione futuræ præluſit ſanctitati. Adoleſcens comis omnibus, ſed ſibi durus fuit: frequenter enim ad ſubjectam Arci ſuæ ſpeluncam ſe recipiens, tenerum corpuſculum acribus flagellis dilaceravit. Factus grandior, cùm de certo vitæ ſtatu amplectendo deliberaret, & ad ſervitium Chriſti animô inclinaret, malus Genius in perſona Aulici illius objectis excellentis formæ mulieribus, & connubium ejus appetentibus, illum à ſancto propoſito avertere conabatur. Vicit tamen omnes Stigij Alaſtoris technas ROMEDIUS, nam conſilia Evangelica amplexatus, facultates ſuas pauperibus diſtribuit, ac unà cum Davide, & Abrahamo, Nobilibus adoleſcentibus (qui ROMEDIUM imitati mundum contempſerant) Romam peregrinari inſtituit. In via Tridentum divertentes, aliquot diebus apud Sanctum VIGILIUM illius Urbis Epiſcopum ſunt comorati, à quo frugali mensâ excepti, ac pijs & doctis illius ſermonibus confirmati, iter ſuum Romam ſunt proſecuti. Ad Urbem Orbis Dominam poſtquam ROMEDIUS cum ſocijs ſuis perveniſſet, ibi non parvô temporis ſpatiô commoratus, orationum & jejuniorum exercitijs, ac eleemoſynarum largitionibus incubuit, nec non pia devotione viſitandis Marty-

 rum

rum memorijs est immoratus. Acceptâ tandem Summi Præsulis benedictione, ad Urbem Tridentinam est reversus. Nec infructuosum fuit illud iter, nam in reditu plusquam mille gentilium animas efficaci suâ prædicatione ad Christum convertit. De illius adventu factus certior Divus VIGILIUS, sub festivo resonantium campanarum plausu, Clerô suô, & innumerâ populi ad spectaculum confluentis multitudine stipatus, ROMEDIO honorificè obviam processit, & accedentem expansis brachijs est pio amore amplexatus. Postquam autem vidisset sanctus Pontifex in comitatu ROMEDII tantum ab illo ad Christianam fidem neo-conversorum numerum, in Triumphale illud prorupit Canticum: *percussit Saul Mil-*
1. Reg. 18. *le, David autem decem Millia*: & Sanctum prædicatorem tanquam infidelitatis Triumphatorem ad Urbem Tridentinam cum gaudio deduxit. Post hæc usus Divi VIGILII familiari consvetudine, eam cum ipso morum similitudinem contraxit ROMEDIUS, ut geminus VIGILIUS videretur, unde inter illos coaluit firmissima amicitia, culta per omnem vitam. Utque affectum suum ROMEDIUS in effectu demonstraret, Sanctissimo Præsuli ex suarum copia facultatum pro construenda Ecclesia sanctorum GERVASII & PROTASII, amplissimos sumptus, & circiter millena hominum capita resignavit. Hoc tam sanctum cum Divo VIGILIO contubernium effecit, ut ROMEDIUS firmiter decreverit mundo valedicere: priùs tamen à sacerrimo Antistite edoctus de loco in quo sancti Martyres Capadoces olim sibi familiares, Martyrij coronam sunt assecuti, coram erecta ab eodem sancto Præsule Triumphali Cruce supplex procubuit, & sanctorum Martyrum cineres devotè est veneratus, nihil magis exoptans, nisi ut potuisset fieri socius Martyrij & consors Triumphi. His peractis non diu distulit conceptum animi sui propositum deducere in effectum, nam consentiente Divo VIGILIO in horridam Vallis Annaniæ secessit soli-

ſolitudinem, ſoli DEO omnium factorum ſuorum gloriam litaturus, nè mortalium aſpectus vel approbatio quicquam ex ea laudis decerperet. In hac vaſta eremo cum ſocijs ſuis ROMEDIUS in quodam edito colle parvum oratorium conſtruere aggreſſus eſt. Contigit autem Divinâ ordinatione, ut quidquid illi diurnâ conferrent & exſtruerent diligentiâ, id totum grandiores volucres, vel potiùs in illarum ſpecie cæleſtes Genij, nocturno tempore in editiorem collem transferrent. Intellexit igitur Vir DEI, Divinæ voluntatis evidentiſsimam diſpoſitionem, & in divinitus præmonſtrato ſaxo Capellã erexit, & in hac rupe ſedem ſuam fixit Beatiſsimus Eremita, auſteriſsimam ducens vitam; útque eorum habitationi hic locus commodior eſſet, limpidiſsimum fontem precibus ſuis expetra elicuit. In hac ſolitudine deliteſcentem & honores hominum fugientem, feroces belluæ honorârunt; famosâ enim traditione refertur: cùm urſus jumentum, quô ſanctus Vir propter ſenium utebatur, devorâſſet, ipsô Urſô quoties opus eſſet uſum fuiſſe, cùm David illum frænoori impoſito jubente ROMEDIO ad ipſum tanquam mitiſsimum agnum adduxiſſet. Compluribus alijs miraculis glorificavit Dominus ſanctũ ſuũ, cùm enim vigilijs & jejunijs fractus, extremam vitæ diem non longè abeſſe perſpexiſſet, amiciſsimo ſibi Sancto VIGILIO ultimum vale dicere ante obitum ſuum deſiderans, ſeſe ex eremi latebris proripuit & Tridentum perrexit. In hoc itinere adoleſcentulam à dæmonio vexatam invocato Chriſti Nomine liberavit, & alteri graviſsimè ægroto, cui nulla medicorum ars ſuccurrere potuit priſtinam reſtituit ſanitatem. Nec minus miraculum fuit, quòd in hac via conſtitutus, dum de munuſculo, tanquam affectûs ſui pignore Divo VIGILIO præſentando ſollicitus eſſet, maxima repentè ante pedes ſancti, tanquam mortua conciderit avium multitudo, quaſi ſe ipſas obſequioſæ volucres pro munuſculo ad ſervitia ſtitiſſent, ſed manſvetiſsimus RO-

 ME-

MEDIUS impertitâ illis benedictione, omnes dimisit liberas, quæ vicissim accepti beneficij memores, supra sanctum Virum densissimè volitantes, umbrâ suâ Tridentum usque protexerunt. Hunc adventum Thaumaturgi ROMEDII Divus VIGILIUS in spiritu præcognoscens, illi cum discipulis suis obviam processit, & gratissimum hospitem, benevolentissimè suscepit. Consumptis apud sanctum Antistitem inter colloquia plùs cælum quàm terram sapientia diebus plusculis, eidem valedicendo, hanc ultimam sanctæ suæ confidentiæ reliquit tesseram, ut quàmprimùm VIGILIUS tinnitum campanulæ suæ sponte sonantis audiret, ROMEDIUM è vivis migrare intelligeret, & illius transitum precibus suis Deo commendaret. Vaticinio respondit eventus; reversus enim ad eremi latibula ROMEDIUS, Discipulos suos ad perseverantiam adhortatus, placidissimè in Domino obdormivit, circa Annum Christi 400. Ad illius Exequias Divus VIGILIUS terno tintinabuli sui sponte sonantis pulsu excitus, accurrit, & Ecclesiæ Catholicæ ritu justa persolvit. Addit in Historia Bavarica Joannes Adltzreiter: Nè mortuo præcones deessent, æra, campana sponte sonantia ad Sacras funeris exequias populum convocâsse. Hoc speciali admiratione dignum est; pro defuncti terræ mandando corpusculo; Angelicis manibus sepulchrum paratum fuisse. Post absoluta funeris officia, sacerrimus Tridentinorum Antistes, Capellam à Sancto ROMEDIO ædificatam, solemni ritu consecrare decrevit. In ipso autem gallicinio somnô parumper oppressus vidit veneranda habitu sibi quendam adstare virum, se ad ingrediendum Capellam provocantem, quem eò secutus, conspexit Angelorum multitudinem, consecrationis officium peragentem: quapropter huic sacro operi veritus est admovere manus humanas, quod Angelorum ministeriô dextera DEI absolvit. Innumera penè sunt, quæ post obitum sancti Viri ad intercessionem illius contigerunt mira-

miracula. Ex tot unicum retuliſſe ſufficiat. Accidit, ut faber tectum Capellæ S. ROMEDII vetuſtate collapſum reſtauraturus, conſcenderet, & fallente pede in ſubjectum præcipitium devolveretur. Hujus tam horribilis caſus ſpectatores, quaſi in abyſſum præcipitem hominem, S. ROMEDII Patrocinio jaculatorijs precibus commendârunt, & ecce mirum dictu! ſuffragantibus meritis S. ROMEDII, opinione hominum mille mortibus adjudicatus faber, millenas mortes ſalvus & incolumis evaſit. Tam ſtupendum miraculum cernens attonita ſpectantium caterva, dedit laudem Deo, cui ſit honor & gloria per infinita ſæculorum ſæcula Amen.

Hæc memorabilia Divi ROMEDII Acta, in compendium contraxi eô fine, ut ſubſequens vitæ illius fuſior Hiſtoria ſtylo oratorio panegyricè deducta, faciliori negotio â legentibus perciperetur. Cæterum ea, quæ in hac Epitome produxi, deſumpta potiſsimùm ſunt, ex Pincio, Philippo Ferrario, item ex S. ROMEDII vita Tridenti anno 1605. edita, & ex proprijs ejusdem lectionibus, nec non ex chartis Summontorianis, â Reverendiſſ: Domino Stephano antiquiſsimi Cœnobij Schirenſis Abbate ſubmiſsis, & alijs veteribus manuſcriptis: nonnulla etiam excerpta ſunt, ex Hiſtoria Bavarica Joannis Adlzreitteri. Quod tempus obitûs S. ROMEDII attinet de eo variant ſcriptores. Hiſtoria Bavarica mox citata aſſerit, ſanctum Virum è vivis migrâſſe circà Annum Domini 380. Ferrarius id contigiſſe refert Anno 400. Dies quoque mortis illius eſt incertus, nam Ferrarius illum ponit 13. Januarij, & Scripta Summontoriana 1. Octobr.

Vale benevole Lector, & hâc compendioſa narratione fruere, quæ Tibi ſufficiens lumen præbebit ad ea intelligenda, quæ de S. ROMEDII actis, per decurſum hujus Libri ſtylô oratorio in ſequentibus proponentur. Verùm non tantùm Sancti viri geſta curioſâ lectione evolve, ſed etiam attentâ mente revolve; Tibique â S. ROMEDIO dictum puta: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Joan. 13.

ORATIO
S. ROMEDII.

Quâ consveto sibi more ad precandum Deum utebatur.

DOmine JESU NAZARENE Fili DEI Vivi, Hìc sanctis pro me apud tuam Clementiam Patrocinantibus, ne despicias me, sed ab omni sæculari negotiatione, & diabolica illusione & impedimento eripias me. A me Domine nè elongeris, sed promtà voluntate ad serviendum Tibi confortare digneris, qui sedes super cælos cælorum vivens, & regnans, in omnia sæcula sæculorum. Amen. *Ex M. S. Summontoriano.*

EMBLEMA

Ursus S. ROMEDII inter sidera translatus,
Novam format constellationem.

LEMMA:

HÆC CYNOSURA PLACET

Ursam Majorem spectans paritérque Minorem
Instituit cursum Navita quisque suum.
Navigo per pelagum, remus meus est mea penna,
Et supplet navis, candida charta, vicem.
Ursam Majorem, simul Vrsam sperno minorem,
Nec Major, nec me dirigit Ursa minor.
Ursas non curo: quia longè pulchrius astrum
Ursus Romedij, sideris instar adest.
Hæc Cynosura placet, meus hîc polus & meus axis,
Ista mei fulgens est Cynosura Libri.

Ad

Ad

S. JOANNEM NEPOMUCENUM

de fama periclitantium Patronum.

Programma

JOANNES NEPOMUCENUS

Anagramma:

Non uno, ſpes mea vince.

MIlle ſubit propriæ damnoſa pericula famæ,
Impreſsis vulgat qui ſua ſcripta libris.
Vix opus in lucem præſenti tempore prodit,
Mox Cenſor libri Momus acerbus adeſt.
Cenſurant libros caperatâ fronte Catones,
Et ſueri naſium Rhinocerotis habent. *Martial.*
Quilibet in proprio *ſenſu* quia lector *abundat:* *Rom. 14.*
Vult juxta proprium carpere cuncta caput.
Invidet ingenio Lector minus ingenioſus,
Qui velit ingenio cedere rarus erit. *Martial.*
Non nocet ingenium ſemper, ſed prava voluntas,
Nec non Lectoris mens mala ſæpe nocet.
Quisque ſuos patitur Manes, ſua quemque libido
Carpendi Libros pernicioſa trahit.
Zoilus exacuit dentes de more caninos,
Et criſpat naſum non ſinè felle ſuum.
Ergo cum cinctus ſim tot, tantísque periclis,
Quæ mihi cenſores accumulare valent:
Ad Te confugio, Tibi ſupplico Dive JOANNES
Auxilium implorans Magne Patrone Tuum.
Supplico Dive Tibi, quia Tu mea maxima SPES es,
Ut famam ſalves anchora firma meam.
Mille modis propriam cum poſsim perdere famam
Momos *non unô ſpes mea vince* modô.

PROTESTATIO AUTHORIS.

DEcretis sanctissimi Domini Nostri URBANI VIII. Die XIII. Martis, Anno Domini M. DC. XXXIV. confirmatis eâ quâ par est reverentiâ insistendo; profiteor me haud alio sensu, quidquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quô ea solent, quæ humanâ dumtaxat Authoritate, non autem Divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur: exceptis tantummodo ijs personis, quas eadem Sancta Sedes, sanctorum Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

Similiter, protestor me non velle Authoritatibus sanctorum Patrum, quas sparsim cito, tantam à legentibus tribui certitudinem, quasi singulos textus proprijs oculis ex ipsis suis fontibus desumpsissem, sed complures eorundem sententias ex probatis Authoribus, laboriosè collegi, quæ autem ità selegi, eâ fide do, quâ accepi.

AD SANCTAM MATREM CATHOLICAM ECCLESIAM.

Quod scripsi scripsi, Pilatus dixerat olim,
Nolo sic scriptis deditus esse meis.
Si malè quid scripsi, scriptum non esto, sed omne
Deleat hoc scriptum spongia ducta meum.
Totum Sancta Tibi submitto Ecclesia Librum,
Judicio *liber*, fit *liber* iste Tuo.

S. RO-

INSIGNIA GENTILITIA



COMITVM De THAVR.

S. ROMEDIUS.

Homo Nobilis Lucæ 19.

Dedit illi gloriam in gente ſua. Eccl. 44.

DUm Sanctũ nominari audis Romedium, Scito te inter coronas, & Sceptra, inter ducales trabeas, & paludamenta, inter Comitum, heroúmque galeas, ac clypeos verſari. Sanguis quem à majoribus ſuis traxit, regum purpura fuit. Vitalis aura, quam hauſit, quinta erat nobilis Spiritûs eſſentia, & parvulum Neonati corpuſculum ſuccinctum exſtitit magnorum Majorum compendium.

Deſcẽdit S. Romedius ex clariſſima ſtirpe Comitum de Thaur, qui uſque ad coronas regias verticem extulerunt. Primus illorum Comes Agilulphus regalibus fulſit honoribus, quia regijs ſplendebat moribus, proinde dignus amoribus Theodolindæ Longobardorum Reginæ. Ab illa digniſſimus conjunx ad thorum & thronum ſublimatus, pro dote regnum, pro ſerto & corolla nuptiali coronam regiam accepit. Felix iſte ſucceſſus fuit, ſed felicior Succeſſio, nam ultra annorum centuriam Sceptrum Longobardicum poſteritas Agilulphi geſſit, ac citiùs defecit ſæculum, quàm regnum. Sanè regiorum avorum decus, regius hic nepos fuit, qui niſi reges habuiſſet majores, primus ordinem regalium majorum inchoâſſet. Vide alternam viciſſitudinem! Rome-

dius propter majores ſuos æſtimatur major: & Romedij Majores viciſſim ex illo adhuc majores fiunt, ità ut inverti videatur conſangvinitatis arbor, dum ſtipes â ramo Nobilitatis vigorem ſugit.

Benevole Lector, jam calles Originem nobilitatis, & ſcire amas locum nativitatis. Transvola ergò cogitationibus tuis Tyrolenſium alpes, mentémque tuam ſiſte in caſtro Thaur, ſito inter Oenipontem & Halam oppidum ſale fæcundum. Hìc Sancti Romedij domus paterna, hìc patria eſt. Convenientiſſimus ſanè hic illi naſcendi locus fuit. Caſtrum & aſtrum nomine & loco ſibi eſt vicinum. In caſtro naſcitur, pro aſtris quondam contra
2. *Tim.* 2. Arianos tanquam *bonus miles Chriſti* pugnaturus. Naſci-
Matth. 5. tur in regione ſalis fertiliſſima, olim futurus *Salterræ*, id eſt: Doctor infidelium. Naſcitur in ſolo ſale abundante, tan-
Actor. 9. quam *electum vas* Spiritûs Sancti, replendum *Sale Sapientiæ.* Salem putredini reſiſtere quisquis neſcit: illi, *non eſt in toto corpore mica ſalis.* Hic falſus nativitatis Locus prognoſticabat Romedij mores non fore inſulſos, ſed virtutum Salem ſapientes, nec fore vitam illi, vitijs putridam, ſed prorſus incorruptam, quia teſte Caſſiodoro *Laudabilis vena ſuam ſervat originem.*

Correſpondit eventus omini, nam ex primis infantiæ faſcijs evolutus puer, in cunis videbatur nuces abjeciſſe, ætate quidem apparens puſio, ſed gygas virtute. Si mores pueri attendiſſes, nihil minùs in puero, quàm puerum vidiſſes, ità puerile nihil præter ætatem & innocentiam habuit. Si actiones examinâſſes, deprehendiſſes illum gravitate morum oppreſſiſſe naturæ levitatem, & vultum quidem ætate floridum, ſed ita canos ſenſus oſtendiſſe; ut ſi maturitas mentis in mentum prorupiſſet, barbatum Platonem in puero ſpectâſſes.

Hæc cenſeri poterant dona naturæ, ſed majores erant dotes gratiæ divinæ, quæ Adoleſcenti Romedio inſtillavit religioſum caducarum rerum contemptum, nauſeabun-

ſeabundum blandientis voluptatis faſtidiũ, tenerrimum objectorum cæleſtium amorem, & cautisſimam purisſimæ innocentiæ cuſtodiam. Cui cùm nihil magis inimicum ſit, quàm malæ Societatis amicitia (facillima enim eſt vitiorum contagio, quâ peſtifer inficit ſanum & ſanus non corrigit infectum; quia ùt rectè ſentit Divus Chryſoſtomus: *Rerum natura ſic eſt; quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur*) innocentisſimus Juvenis malorum fugit conſortium, & ſic Romedius conſervavit Sanctos annagrammaticè MORES DIU. Nemo diu inter nocentes innocens eſſe poteſt: nam ùt ait Seneca: *Serpunt vitia & contactu nocent, & in proximum quemque tranſiliunt.* Mala Societas ignis eſt, *ante ignem conſiſtens etiamſi ferreus ſis, aliquando diſſolveris, proximus periculo diu tutus non erit, ità monet S. Iſidorus.* Malus Socius malæ converſationis vexillifer eſt, *noſcitur ex Socio, qui non cognoſcitur ex ſe.* Unde acutè dixit Scaliger: *Umbra eſt Socius, vel tua, vel tu illius.* Fugit igitur Sanctus Juvenis malos Socios, ut vel umbram mali evitaret. Imò ad ſubjectam arci ſuæ ſpelunicam ſe frequenter recipiendo, ac divinis meditationibus vacando, penè ex humanis abijſſe videbatur, & ad occultos ſe conferendo angulos, angelos maluit habere converſatores, quàm homines. Nec mirum, *homo enim eſt homini Lupus.* Quidquid dicamus: homines ſumus, & humana patimur, ac tantò magis homo ad verum hominem accedit, quantò longiùs ab hominibus recedit. Audi Senecam loquentem: *Inhumanior redeo quia inter homines fui.*

Super Matth.

De tranq. Vitæ.

Lib. 1. ſoliloq.

S. Epidor.

Epiſt. 6. ad Lucul.

Romedius claro eſt comes illuſtrisſimus ortu,
Hunc ſemper virtus concomitata fuit.
Hic præſtans comitatus erat! tam nobilis unquam
Non foret ille comes, nî foret iſta comes.

DOMUS CEDRINA.

2. Reg. 7.

Gloria Thunianæ Nobilitatis.

Lib. 13. c. 5.

Virg. 2. Georg:

VErè cedrina eſt domus Thuniana, quia ùt teſtatur Plinius: *Materiæ ipſi æternitas, itáque & ſimulacra Deorum ex ea factitârunt.* Thuniadæ in hoc ſunt ſimiles Dijs im̃ortalibus, quia ſtemma illorum immortale, nam *durando ſæcula vincit.* Maxima nobilitatis Laus eſt ipſa antiquitas. *Nobilitas quò antiquior eſt, eò quòque major* inquit Tyraquellus. *Honorabiliſſimum quod antiquiſſimum* pronuntiat Ariſtoteles. Quemadmodum enim antiquum vinum generoſiores alit ſpiritus, antiqua pecunia purius continet argentum, & antiqua fides plùs habet authoritatis, ſic antiqua Nobilitas plùs poſſidet dignitatis. Maxima ſunt illa ſtem̃ata quæ nunquam recordantur ſe fuiſſe parva. Nobiliſimæ ſunt illæ familiæ, quæ nunquam meminerunt ſe fuiſſe ignobiles. Solidiſimæ ſunt illæ domus, quarum fundamenta â ſæculis jacta ſunt. Si vetuſtatem nobiliſimæ familiæ de Thun ſcire deſideras: Originem Nili quæris, qui parte illâ, quâ videtur nobis cognitus, maximâ autem & optimâ parte incognitus eſt. Similiter glorioſa hæc familia ex parte nobis cognita, ex parte incognita, ex utraque tamen antiquiſima eſt. Si ætatem partis nobis cognitæ menſurare volueris: cave ne pro faciendo computu annos adhibeas, ſed ſæcula. Nimis moroſus produceretur

INSIGNIA



ILLUSTRISSIMÆ
FAMILIÆ COMITUM
De
THUN.

retur calculus annis inhærendo, ubi ſummam ſumarum conficiunt annorum centuriæ. Dum Roma floruit jam inter Patricios claruit familia Thuniana. Plùs quàm tredecim effluxerunt ſæcula, â quo clariſima Thuniadum Familia in confinibus Tyrolis innotuit, ibidemque ſedem fixit. Fuit illa Anno Chriſti 383. S. Vigilij ex Romana urbe Socia, & comes. Profectò multum dixi, dum Romanam dixi. Roma gentium domina, & caput orbis, tam nobile membrum Germaniæ partibus communicavit. Satis dixi, dum Sanctiſſimi Viri Sociam dixi, ex quo elucescit virtus Thuniana, ab hâc Societate Sanctos mores contrahens; Scriptum eſt enim: *cum Sancto Sanctus eris.* Non parùm dixi, dum tam magni amici Dei comitem dixi, verè dignam amplisſimo comitatu. Quod ipſum agnoſcens S. Vigilius, Epiſcopatûs Tridentini Sedem occupans, huic nobiliſſimæ familiæ fevda conceſſit, ſervosque & homines addixit, quos Thuniadæ in ſua habent poteſtate ut Chriſtianos decet. Certè vulgare exemplum non eſt, rem tam nobilem tam diuturnam eſſe.

Pirch. Prine. hiſt. di Tridēt. & Matth: Burcklech.

Pſal. 17.

Si antiquiora indagare cupis Thunianæ nobilitatis documenta, quære Oceani Originem, qui ignorat unde id acceperit quod ſemper effundit. Nobiliſſimi quoque fluvij ignorant Originem ſuam, nec facilè pervenitur ad principium, ubi neſcitur primum. Hæc prima Laus antiquitatis eſt, carere initio. Altera Laus eſt, habere initium ſed illud neſciri. Ipſe Deus naturâ ſuâ nobiliſſimus initio caret, *& antiquus dierum* in prophetia Danielis nominatur. Si eousque procedere libuerit: dico Deum optimum maximum nobilitatem ſuam Thunianæ Familiæ ſpecialiter indidiſſe, & particulam nominis ſui in prædicato *de Thun* communicâſſe. Cùm enim *Thun* in Teutonica lingva ſignificet *facere*, nobiliſſima hæc familia multùm de prædicato Dei participat, quem Symbolum fidei *FACTOREM Cæli & terræ appellat*, *qui dixit & facta ſunt omnia.* Ex quo nullum reſtat dubium, huic illuſtriſſimæ

Cap. 7.

Pſal. 32.

prolapiæ ab authore ſuo diverſarum indita fuiſſe ſemina Virtutum, quæ à majoribus continuo tot ſæculorum fluxu, per Succeſſores in hodiernum uſque diem ſunt propagata; ità ut Thuniani nominis hæredes virtuosè operando ſimiles facti ſint authori ſuo; qui ob infinitam virtutum plenitudinem â Sacra pagina *Dominus Virtutum* appellatur.

Pſalm. 23.

De hac illuſtriſima ſtirpe verificatur, quod dixit Antonius in oratione Cæſaris interfecti. *Quibus vera Semina Virtutis â majoribus per multum tempus ducta adſunt: fieri non poteſt quin & ingenia & perpetua virtute præditi ſint.* Nobilitas ornatur â virtutibus & virtutes ornat. Additus ergo eſt nobilitati ſplendor virtutis, ut hæc domus illuſtriſſima bis nobilis eſſet. Si nobilitas Thuniana aureus annulus eſt, ſanè hujus annuli gemma Virtus eſt. Unde cum veritate exclamare poſſum:

apud Dion. Caſſ:

Quàm bene conveniunt, & in uno ſtemmate de Thun
Nobilitas, virtúsque ſimul conjuncta morantur.

Hæc rara conjunctio facit comites de Thun divinæ Majeſtatis favoritas, ac albicantes, & nobiles, præ reliquis placentes, illis ſuffragante S. Bernardo: *Minimè quidem Deus acceptor eſt perſonarum: neſcio tamen quo pacto virtus in nobili plùs placet.*

Epiſt. 113.

Cognomen de Thun, eſt ſtirpis nobile nomen,
A virtute tamen pulchrius illa micat.
Magna facit Domus hæc, de Thun exinde vocatur,
A Thun & facto, nomen & omen habet.

DIGRESSIO I.

Quid eſt nobilitas ſinè Virtute?

NObilitas Margaritha eſt, ſed non *ante porcos projicienda*, qui illius prætium ignorat, rudis nimiùm eſt trapezita, duris potiùs ſilicibus lapidandus, & imbre Stephani compluendus, quàm pretioſis lapidibus exornandus. Audi qualem de nobilitate ſententiam tulerit Tullius: *Omnes boni ſemper nobilitati favemus, quia Reipublicæ utile eſt, nobiles eſſe homines dignos majoribus ſuis.* Percipe divini Platonis Oraculum: *Gloria parentûm natis præclarus, magnificúsque eſt Theſaurus:* Revere re maximum Maximi Tyrij Philoſophi pro nobilitate ſuffragium: *Si fluvios laudas qui ex puris labuntur fontibus, nobilitatem in hominibus non laudabis?* verum eſt quod canit Lucanus:

Matth. 7.

Cicero pro Seſtio.

In Menexeno.

Nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina vires.

Sed quid eſt nobilitas ſinè virtute? Formoſum Corpus ſinè anima, elegans puteus ſinè aqua, pompoſum Organum carens Spiritu, inflatum marſupium monetâ indigum, pixis pharmaceutica pulchro titulo inſcripta, ſed prorſus vacua, ſplendida moneta, ſed adulterina, aureum caput, ſed ſinè cerebro. Verbo, fœtidum, & putridis oſſibus plenum ſepulchrum eſt, forinſecus

ſplendidè dealbatum. Nobilitatis bulla ſinè virtute, idem valet quod nulla arithmetica absque unitate. Ille enim reverà nobilis eſt, cujus virtuti natura palmarem injuriam feciſſet, nisì illum ex clariſimis parentibus produxiſſet. Ille revera nobilis eſt, qui limpidiſimam nobilitatis ſuæ ſcaturiginem vitiorum luto non inquinat, ille verè nobilis eſt, qui ſplendorem ſtemmatis defectu virtutis non eclipſat, ille verè nobilis eſt, qui probatum antiquæ nobilitatis aurum plumbeis actionibus non adulterat. Ille magni ponderis nobilitatem poſſidet, qui gravitati antiquæ proſapiæ, nihil detrahit per morum levitatem. Ille verè nobilis eſt, qui gentilitio majorum ſuorum Scuto infamia ſtigmata non inurit. Verbo: ille teſte Ariſtotele verè nobilis eſt, *cui majorum virtus ineſt.* Qui ambit numerari inter liberos dominos, non debet eſſe ſubditus vitiorum. Auream hanc libertatem aureis verbis aureum os S. Chryſoſtomi explanat, dum ait: *Ille integram ſuam nobilitatem putet, ſi dedignetur ſervire vitijs.*

5. de Repub.

Non ſunt igitur Imperatores, quibus crimina imperant. Non ſunt Reges, qui reguntur â vitijs. Non ſunt Duces, qui ducuntur paſſionibus. Non ſunt Principes, ſi virtus non ſit principale. Non ſunt Comites, nisì virtutes comitentur. Non ſunt liberi Barones, qui ſunt Servi vitiorum. Non ſunt nobiles, quos mobiles rapiunt levitates. Non ſunt auguſti, quibus virtus eſt anguſta. Non ſunt Serenisſimi, quos turbulentiæ nubes obſcurant. Non ſunt Celſisſimi, quorum animus humi repit. Non ſunt Excellentisſimi, quos vitia deprimunt. Non ſunt Illuſtrisſimi, qui Lunam maculis ſuis ſuperant. Non ſunt Perilluſtres, quos morum craſities reddit opacos. Non ſunt Generoſi, qui abjectos gerunt animos. Non ſunt prænobiles, qui plebejam ſectantur vilitatem. Non ſufficit eſſe nobilem ſangvine, *ſed oportet etiam eſſe clarum virtute.*

S. Hieron. ad Celant.

Tota licèt veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.

Juvenal. ſat. 8.

Nil

Nil prosunt majores tui, si tu es minor. Non æstimatur deducta ex regibus Sangvinis purpura, si tu es decolor. Nil confert claritas Generis, si tu illam obscuras. Rectè monet S. Nazianzenus: *qui Generis Splendorem jactatis, date operam, ut mores quoque nobilitetis.* O nobilis ignobilis, qui solam jactas nobilissimæ familiæ Originem, attende Senecam te graviter sic admonentem: *Non facit nobilem atrium fumosis imaginibus plenum. Nemo in nostram laudem vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. Qui genus jactat suum, aliena laudat. Si tamen te revocas ad vetera, nemo non inde est, ante quod nihil est.* Hæc Ethnicus Philosophus. Ut verò te Christianè alloquar; Si adhuc antiquitatem stemmatis jactas, altiùs inspice prima nascentis mundi incunabula, & deprehendes primum humani Generis nobilem fuisse Adamum. Fuit ille nobilis, sed proh dolor! non diu. Fecit illum Deus creaturarum nobilissimum. Contulit illi pro Gentilitio insigni imaginem & similitudinem suam. Nè bonis & dominijs careret neo-nobilis, fecit illum Paradisi Dominum. Pro illius tabula asignavit omnes Paradisi fructiferas delitias, unico pomo excepto, ne se arbitraretur esse dominum absolutum. Ad augendam illius authoritatem, asignavit eidem subditos, & subjecit illi omnia universi animantia. Pro reputatione majore, & custodia constituit ministros, & custodes angelos. Denique hunc primum nobilem Divina bonitas tot beavit gratijs, ut titulo suo inserere potuerit, *Nos Dei gratiâ.* Talis ac tantus nobilis per unicum crassum actum totâ nobilitate excidit, & posteritatem suam ad statum rusticanum deduxit, hac divinâ condemnatus sententiâ: *In Sudore vultûs tui vescéris pane tuo. Maledicta terra in opere tuo, Spinas & tribulos germinabit tibi.* Tunc verificatum est in illo, quod Deus dixit Samueli: *Qui me contemnunt, erunt ignobiles.* Ecce Adam Divinum mandatum contemnendo ex nobili factus est ignobilis, & rusticus, dum rus colere â Deo jubetur. Huc,

Epist. 44. Idem in Herc. furente.

Genes. 3.

1. Reg. 2.

huc animum tuum converte, qui nobilitatem jactas sinè virtute.

Quod si hæc præterita respicere comtemnis: saltèm recogita futura. Cinis fuisti â principio, cinis eris in fine. Explora odoratu sepulchrales cineres, nobilem ab ignobili non distingves, omnes æqualiter fætent. Futura prospice, quia nobilis disciplina est studere futuris. Si nobilitatis tuæ nomen immortalitati transcribere desideras, incipe immortalis esse dum vivis. Ità nunc vive ut etiam â posteris pro nobili habearis. Sit nobilitas conjuncta virtuti & immortalis futura est tua nobilitas. Estò tu non vixeris, tamen vivet tua Virtus, quæ mori nescit, nam *Sola vivit post funera virtus.*

Stirpis nobilitas est aureus annulus illi,
Si virtus desit, splendida gemma deest
Est virtus adamas, fit vilior annulus ille,
Cujus nobilitas hoc adamante caret.

S. ROMEDIUS.

Bonus Miles Christi 2. Tim. 2.

Magna est gloria ejus. Psal. 20.

c. 34. Jacob. 1. QUi *non est tentatus quid scit?* ait Ecclesiasticus. Homo Christianus sinè tentatione, est miles sinè certamine. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.* Vehementiam tentationum expertus est Romedius, qui in castello innocentiæ volens salvare thesaurum Virginitatis; ex omni parte hostes invenit. Illum enim caro periculosis concupiscentiæ motibus, dæmon pravis suggestionibus; & lascivæ

Fig: II.

A



Joan: Steger del:

M: Rivola Sculp:

ſcivæ mulieres blanditiarum illecebris impugnârunt. Libet bono militi Chriſti acclamare: Ad arma! ad arma! Romedi, ſi nomini tuo vis facere gloriam. *Nemo coronabitur, niſi qui legitimè certaverit.* 2. Tim. 2. Ad arma! hoſtis valde propingvus irruit, imò jam intra corporis tui mænia furit. *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum* Galat. 5. & interna bella movet. Vires collige quia *plùs eſt clauſo intrà ſe hoſti reſiſtere quàm remoto.* Cyprian. de Jacob. lib. 2. C. 5. Juvenis es, *Juventus ad amorem liberior, ad lapſum incautior eſt.* idem. Adhuc miles es novitius, habent, quòd reſiſtant in hoc prælio veterani, nam teſte Sancto Auguſtino, *inter omnia certamina Chriſtianorum duriora ſunt prælia caſtitatis, nam ibi continua pugna, & rarior Victoria.* In Sermonibus. Valde cautè tibi procedendum eſt, *magnæ enim Solertiæ eſt domeſtici hoſtis inſidias cavere.* Ambroſ. in Epiſt. ad Rom. In tam periculoſo ſtatu conſtitutus Romedius, magnos imitatur heroës, qui hoſtium inſidijs circumventi in arena conſilium capiunt. Arma corripit domando hoſti idonea, & ad Subjectam arci ſuæ ſpeluncam ſe recipit, quaſi ex inſidijs hoſtem oppreſſurus, utque ſit expeditior ad luctam athleta CHRISTI veſtes exuit, hoſtémque pulchro ſtratagemate â tergo aggreditur: arrepto enim acri flagello tenerrimi corporis dorsũ tamdiu verberavit, donec *caſtigando corpus ſuum illud in ſervitutem redegiſſet.* 1. Cor. 9. Cæsâ carne domeſticus hoſtis cæſus fuit. Non tamen modico ſangvine ſtetit hæc victoria, quo fuſo gloriosè triumphat novellus miles Romedius, ac proinde *magna eſt gloria ejus*, nam ſuffragante Sancto Cypriano, *major in Juvene, quàm in ſene laus eſt caſtitatis.* Pſalm. 20. de Joſeph. c. 10. Auguſt. in Confeſſ. Exultat Sanctus Romedius, in gloria, *quantò enim majus fuit periculum in prælio, tantò majus gaudium eſt in triumpho.* Mirabilis ſanè hæc fuit de voluptate victoria, in qua dum voluptas moritur, nova voluptas oritur, & ex ſuppreſſa voluptate major voluptas ſentitur. Nam teſte Sancto Cypriano *voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima.* de Diſciplin. Triumpha igitur Angelice Juvenis Romedi! Poſt hæc non inter homines, ſed Angelos numeran-

de, hoc enim te elogio honorat Sanctus Ambrosius ità
Lib. de Virgin. scribens: *Castitas Angelos facit, qui eam servavit Angelus est, qui perdidit diabolus.*

Victâ carne simul angelus Sathanæ cæsus est, nam ùt ait S. Cyprianus: *Cadimus aëreas potestates, si nos ipsos castigare noverimus. Castigabat carnem suam Paulus, ut adversarios verberaret, in servitutem redigebat corpus suum, ùt dominaretur inimicis.* Sed quid non machinatur humani generis inimicus? non valens per occultos internarum tentationum cuniculos evertere fortalitium castitatis, ad alias artes convertitur, & sternendo propugnaculo innocentiæ, machinas admovet exitiales. Pro Ariete assumit illam machinam de qua Salomon ità loquitur: *occurrit illi*
Prov. 7. *mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas.* Hoc adjutus subsidio, in munitissimum puriſſimæ Virginitatis castellum insultum tentat omnis honestatis inimicus.

Optetur inquit ad nuptias, Sponsæ se ipsos offerant, subornentur Helenæ, quæ ex oculis sagittas jaculentur Cupidinis, quarum voces canant Veneris classicum, labra corallina prunas ardore vincant, halitus misceat cupiditatum incendia, crines nectant amoris vincula, denique totum corpus sit armamentarium voluptatis. His machinis prostrati sunt Sampsones fortissimi, & sapientissimi Salomones. His omnibus accedat speciosus titulus matrimonij, ut patrimonium innocentiæ diripiatur. O! quam lethales sunt hæ bombæ, quem tãgunt interimunt!

Hactenus absque suppetijs Amazonum ab antiquo hoste contra castellum innocentiæ arietatum fuit, & quidem irrito conatu, quia in hoc bello parum proficit sinè assistentia mulierum. Hoc ipsum acutè animadvertit S. Ambrosius dum ait: *In Paradiso cum Adam Diabolus decer-*
Serm. 39. *tat, in deserto cum Christo diabolus dimicat, ubique congreditur, sed ubi mulierem non invenit, victus discedit.* Mulieres igitur, ut victoriam obtineat Spiritus nequam advocat in succursum. Huic consonat S. Gregorius magnus ità scri-

ſcribens: *antiquus hoſtis antiquæ artis inſidias repetit, & quia ſcit quomodo Adam decipi ſoleat, ad Evam recurrit.* Sed extrema licèt tentaverit hoſtis capitaliſſimus; nullum exinde obtinuit capitale. Illo ringente vixit Romedius in carne, ſinè carne, nam propter *fœminas* Echo conſcientiæ illi inclamat *minas.* Unde Divino admonitus ſpiramine edoctus eſt, fœminarum oculos eſſe ſcopulos, ad quos alliſa naufragatur innocentia. Illarum mel eſſe fel, quod momentaneè guſtatum, longam cauſat amaritudinem. Illarum Jocum eſſe focum, in quo etiam ſapientiſſimus aduritur. Illarum munera, eſſe funera, quibus nondum mortui ſepeliuntur. Vive! vive! præclariſſime victor Romedi, qui tam gloriosè non vixiſſes, ſi in hanc foveam incidiſſes. Canunt quidem Poëtæ *omnia vincit amor!* Tu verò ipſum amorem viciſti, ille enim non vincit amantem, nisi amentem. Triumpha Romedi! & conculcato Cupidine Victor Trophæum erige, hac ornatum inſcriptione: *Vincentem omnia vici.*

l. 3. in fo. c. 6.

Virg. Eclog. 10.

Tartareum vicit magna virtute Leonem
Romedius; Sampſon nonne vocandus erit?
Eſt plùs quàm Sampſon! Sampſonem fœmina vicit,
Vincere Romedium fœmina nulla poteſt.

DOMUS FORTIUM.

2. Eſdræ 30.

Gloria Militaris Domus Thunianæ.

SUrgite! Surgite! è Mauſolæis veſtris bellicoſi Thuniadæ, non citat vos tuba noviſſima, ſed martialis buccina famæ Thunianæ. Surgite heroes ſtrenui, qui nulli hoſtium, ſed ſolis fatis ceſſiſtis. Occubuiſtis quidem, ſed non ſuccubuiſtis, poſt

mortem jacetis in tumulis, in vita autem tumulos, & aggeres hoſtium occupâſtis. Surgite heroum animæ! & ſi vos noſtris ſpectandos præbere non poteſtis oculis, ſaltèm imagines veſtras animis noſtris contemplandas exhibete. Videor (ni fallar) mihi cum Ezechiele ſtupendam exhiberi in campo martio Scenam, conſpicio reſurgentia Oſſa arida, reviviſcere Hectores, in lucem prodire redivivos heroes Achylli ſimillimos, intueor in ludente aëre fluctuantia cærulei coloris labara aureo Thuniani ſtemmatis tractu interſtincta. In Scutis illorum comparent rubicundæ aquilæ, hoſtium cæſorum ſangvine coloratæ. Tam famoſi Jovis alites clariſſimi ſtemmatis indices ſunt, *nam fortes creantur fortibus, nec imbellem feroces progenerant Aquilæ columbam.* Prodeunt ex illuſtribus cryptis viri ex chalybe cuſi, heroes ex ferro fuſi, veri Martis filij, quibus Vulcanus arma victricia fabricavit. Generoſa illorum pectora cingunt pretioſi balthei, enſis aureus, & auro fulgentia calcaria, ipſos produnt eſſe Equites Auratos. Si nomina illorum quæris, ſunt Gvarimberti, Ulrici, Joannes, Simeones, Chriſtophori, Georgij & Martini, ſinguli clariſſimo prædicato *de Thun* refulgentes. Exornant aurati equites arma ſua auro, ut oſtendant ſe non tantùm ferri, ſed etiam auri victores eſſe. Aurum difficiliùs vincitur quàm ferrũ: nam ut eleganter canit Poëta.

Balbus. *Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum.*

Huic conſonàt S. Petrus Damianus dicens: *habens pugillum aureum frangit murum ferreum*, unde exclamat Vir-

3. Æneid. gilius. *Auri Sacra fames quid non mortalia cogis*
Pectora! - - - -

Ità quidem eſt, aurum ſuperat venales animas, ſed non animos auro pretioſiores. Aurum vincit pecuniæ mancipia: ſed non generoſos dominos & equites principibus ſuis fideles, quorum incorrupta fides magìs proba-

Pſal. 11. ta eſt, quàm *aurum probatum purgatum ſeptuplum.* Vivent igitur perenniter ad tabulas æternitatis aureis litteris inſcripti

ſcripti Deo & Cæſari ſemper fideles Thuniadæ, qui cùm fidelitatem conſervaverint perpetuo incorruptam, aurea illorum nomina nullam unquam patientur corruptionem. In hoc heroum antiquorum ſpectaculo præ reliquis oculos mentis ad ſe rapiunt tres heroës ſtrenuiſſimi: Chriſtophorus, Martinus, & Georgius veri Scipiadæ Thuniani. Priores duo fuêre Capitanei, hic Caſtri Königsberg, ille Urbis Tridentinæ. Pugnandum erat Maximiliano Cæſari adverſus Leones geminos, Boëmicum & Venetiarum. Explicuit contra illos Romanas Aquilas Cæſar, advolârunt ad ſigna imperialia Thunianæ Aquilæ, & tam ad Ratisbonam, quàm Patavinum vera *documenta dabant, quâ ſint ab origine nati:* tamque ſtrenuè ab illis decertatum fuit, ut coronata Aquila biceps, illos agnoverit eſſe genuinos pullos aquilarum. Hos inter bellica Virtute eminuit Georgius de Thun, qui poſtquam expeditioni Romanæ ſub Clemente interfuiſſet, in qua plurima forti, invictoque animo ſuſtinuit, in bello Germanico, quod â Carolo V. Anno 1546. geſtum eſt, ſub Maximiliano Romanorum Rege militaris Mareſchalli obtinuit dignitatem.

Sed quis fragor auribus meis allabitur? audio quaſſari ſolum, terram concuti, & in mortualem Cryptam dehiſcere. Video è cineribus ſeſe erigentem virum, Turno vel Pallanti non abſimilem, fiſſam in capite gerit Galeam, perforatum inſtar cribri jactat Scutum, diſruptam concutit Loricam, gladium vibrat innumeris ictibus hebetatum, pectus aperit vulneribus plenum, imò totum Corpus unum vulnus eſt. Iram naribus efflat, toto pectore vindictam ſpirat, & torvo vultu repræſentat Herculem furentem. Agnoſco heroem, Hildebrandus de Thun eſt, vir ſui ſæculi bellicoſiſſimus. Circumferebat arma victricia in diverſis mundi plagis Cæſar victorioſiſſimus Carolus V. illius labara ſecutus Hildebrandus ab eo didicit, aut vincere, aut gloriosè mori.

Pugnatum eſt ad Garagnam in Lombardia contra

ſcripti Deo & Cæſari ſemper fideles Thuniadæ, qui cùm fidelitatem conſervaverint perpetuo incorruptam, aurea illorum nomina nullam unquam patientur corruptionem. In hoc heroum antiquorum ſpectaculo præ reliquis oculos mentis ad ſe rapiunt tres heroës ſtrenuiſſimi: Chriſtophorus, Martinus, & Georgius veri Scipiadæ Thuniani. Priores duo fuêre Capitanei, hic Caſtri Königsberg, ille Urbis Tridentinæ. Pugnandum erat Maximiliano Cæſari adverſus Leones geminos, Boëmicum & Venetiarum. Explicuit contra illos Romanas Aquilas Cæſar, advolârunt ad ſigna imperialia Thunianæ Aquilæ, & tam ad Ratisbonam, quàm Patavinum vera *documenta dabant, quâ ſint ab origine nati:* tamque ſtrenuè ab illis decertatum fuit, ut coronata Aquila biceps, illos agnoverit eſſe genuinos pullos aquilarum. Hos inter bellica Virtute eminuit Georgius de Thun, qui poſtquam expeditioni Romanæ ſub Clemente interfuiſſet, in qua plurima forti, invictoque animo ſuſtinuit, in bello Germanico, quod â Carolo V. Anno 1546. geſtum eſt, ſub Maximiliano Romanorum Rege militaris Mareſchalli obtinuit dignitatem.

Sed quis fragor auribus meis allabitur? audio quaſſari ſolum, terram concuti, & in mortualem Cryptam dehiſcere. Video è cineribus ſeſe erigentem virum, Turno vel Pallanti non abſimilem, fiſſam in capite gerit Galeam, perforatum inſtar cribri jactat Scutum, diſruptam concutit Loricam, gladium vibrat innumeris ictibus hebetatum, pectus aperit vulneribus plenum, imò totum Corpus unum vulnus eſt. Iram naribus efflat, toto pectore vindictam ſpirat, & torvo vultu repræſentat Herculem furentem. Agnoſco heroem, Hildebrandus de Thun eſt, vir ſui ſæculi bellicoſiſſimus. Circumferebat arma victricia in diverſis mundi plagis Cæſar victorioſiſſimus Carolus V. illius labara ſecutus Hildebrandus ab eo didicit, aut vincere, aut gloriosè mori.

Pugnatum eſt ad Garagnam in Lombardia contra

Franciſcum primum Galliæ Regem. In hoc prælio Hildebrandus tot edidit facinora, ut ipſe Mars credi potuiſſet, niſi Mors vetuiſſet. Mortuus eſt morte heroum, extinctus adhuc timebatur, & viſus eſt pugnare jam mortuus. Talis glorioſa mors eſt, quæ facit vivere poſt mortem, *qui enim per virtutem perit non interit.* Potuit Hildebrandus cum Epaminonda exclamare: *Nunc Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur.* Qui ſic moritur, mortem morte vincit, & per ipſam mortem fit immortalis. Qui ſic moritur, oritur, nam poſt Sangvinis effuſi auroram, properat ad ortum imortalitatis, & familiam ſuam tanquam Sol oriens clariſſimis radijs illuſtrat. Nam teſte Euripide *mori gloriosé eſt decus Familiæ.*

Plautus.

in Rheſo.

Hæc gloria eſt mortuorum, ſed non minor Laus eſt vivorum. Adhuc vivunt faventibus ſuperis ſuperſtites germani fratres, generoſi Thuniadæ, Franciſcus & Romedius, qui contrà rebelles Ungaros & portam Ottomanicam tanquàm Tribuni & chiliarchæ ſub Cæſareis Aquilis arma tulerunt, parati pro ſalute Domûs Auſtriacæ ſangvinem ſuum fundere, & tanquam Martis Victimæ imolari. Specialiſſimo tamen Jure, Comes Franciſcus de Thun magnis heroibus annumerandus eſt. Cujus generoſa tanquam Achyllis Melitenſis pro Cruce Chriſti facinora, ſpeciali præconio in ſequentibus deducenda reſervantur. Ex his omnibus concludendum eſt, naturam Comitibus de Thun characterem heroum impreſſiſſe. Videntur habuiſſe matres Amazones, & progenitores Martes. Has virtutes habuerunt Thuniadæ, quas in heroibus finxit antiquitas, quod in his fuit fabula, hoc de illis fidē hiſtoriæ meretur. Expeditior eſt Comitibus de Thun, manꝰ ad faciendū, quàm mihi ad ſcribendū. Acrior eſt illis gladius, quàm mihi ſit calamus acutus, proinde glorioſis illorum armis hanc inſcribo Epigraphen: *Non lingvâ, ſed manu.*

Ipſa re non eſt, ſed ſolo nomine miles,
Qui de ſe jactat plurima, pauca facit.
Thuniadæ quamvis ſileant, faciendo loquuntur:
Quando lingva ſilet, Thun ſonat ipſa manus.

DI-

Franciſcum primum Galliæ Regem. In hoc prælio Hildebrandus tot edidit facinora, ut ipſe Mars credi potuiſſet, niſi Mors vetuiſſet. Mortuus eſt morte heroum, extinctus adhuc timebatur, & viſus eſt pugnare jam mortuus. Talis glorioſa mors eſt, quæ facit vivere poſt mortem, *qui enim per virtutem perit non interit.* Potuit Hildebrandus cum Epaminonda exclamare: *Nunc Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur.* Qui ſic moritur, mortem morte vincit, & per ipſam mortem fit immortalis. Qui ſic moritur, oritur, nam poſt Sangvinis effuſi auroram, properat ad ortum imortalitatis, & familiam ſuam tanquam Sol oriens clariſſimis radijs illuſtrat. Nam teſte Euripide *mori gloriosé eſt decus Familiæ.*

Plautus.

in Rheſo.

Hæc gloria eſt mortuorum, ſed non minor Laus eſt vivorum. Adhuc vivunt faventibus ſuperis ſuperſtites germani fratres, generoſi Thuniadæ, Franciſcus & Romedius, qui contrà rebelles Ungaros & portam Ottomanicam tanquàm Tribuni & chiliarchæ ſub Cæſareis Aquilis arma tulerunt, parati pro ſalute Domûs Auſtriacæ ſangvinem ſuum fundere, & tanquam Martis Victimæ imolari. Specialiſſimo tamen Jure, Comes Franciſcus de Thun magnis heroibus annumerandus eſt. Cujus generoſa tanquam Achyllis Melitenſis pro Cruce Chriſti facinora, ſpeciali præconio in ſequentibus deducenda reſervantur. Ex his omnibus concludendum eſt, naturam Comitibus de Thun characterem heroum impreſſiſſe. Videntur habuiſſe matres Amazones, & progenitores Martes. Has virtutes habuerunt Thuniadæ, quas in heroibus finxit antiquitas, quod in his fuit fabula, hoc de illis fidē hiſtoriæ meretur. Expeditior eſt Comitibus de Thun, manꝰ ad faciendū, quàm mihi ad ſcribendū. Acrior eſt illis gladius, quàm mihi ſit calamus acutus, proinde glorioſis illorum armis hanc inſcribo Epigraphen: *Non lingvâ, ſed manu.*

Ipſa re non eſt, ſed ſolo nomine miles,
Qui de ſe jactat plurima, pauca facit.
Thuniadæ quamvis ſileant, faciendo loquuntur:
Quando lingva ſilet, Thun ſonat ipſa manus.

DI-

DIGRESSIO II.

Quæ ſit maxima Victoria.

Militia eſt vita hominis ſuper terram. Non fuiſſet hæc militia, ſi ab homine abfuiſſet malitia. Omnia fuiſſent valde bella, & abfuiſſent horrida Bella, manſiſſétque homo in re bellus, nisi factus fuiſſet Deo rebellis. Quamdiu Adam fuit amicus Dei, pacem habuit univerſalem cum omnibus Creaturis, ſolus ſerpens erat inimicus hominis, quia inimicus Dei non potuit non odiſſe hominem, tanquam *imaginem & ſimilitudinem Dei.* Quamprimùm verò fædifragus pacem violavit, hoſtis Dei factus eſt. Et ut nuditatem ſuam protegeret (ſcilicet egregius miles) ſibi primam cataphracturam *conſuit ex folijs ficûs.* Contra hoſtem Dei pariter hoſtilitatem exercuerunt omnia mundi elementa. Ignis vibrabat fulmina, aqua effundebat diluvia, aër peſtifera ſpirabat venena, terra contra hominem *Spinis & tribulis* ſe armavit. Rebellante homine, omnia jugum excuſſerunt illi ſubjecta animalia, rebellàrunt motus Corporis, caro conſurrexit adverſus ſpiritum, & Spiritus adverſus carnem, imò ipſe homo rebellavit contra ſe ipſum. Præclarè de hac rebellione ait Auguſtinus: *hæc eſt pœna inobedienti homini in ſemetipſo, ut eidem viciſſim non obediatur nec à ſemetipſo.* Rebellando ſibimet ipſi bellum indixit, factus

Genes. 2.

Genes. 3.

Ibidem.

L. contra adverſ. leg. c. 5.

DIGRESSIO II.

Quæ ſit maxima Victoria.

Militia eſt vita hominis ſuper terram. Non fuiſſet hæc militia, ſi ab homine abfuiſſet malitia. Omnia fuiſſent valde bella, & abfuiſſent horrida Bella, manſiſſétque homo in re bellus, nisi factus fuiſſet Deo rebellis. Quamdiu Adam fuit amicus Dei, pacem habuit univerſalem cum omnibus Creaturis, ſolus ſerpens erat inimicus hominis, quia inimicus Dei non potuit non odiſſe hominem, tanquam *imaginem & ſimilitudinem Dei.* Quamprimùm verò fædifragus pacem violavit, hoſtis Dei factus eſt. Et ut nuditatem ſuam protegeret (ſcilicet egregius miles) ſibi primam cataphracturam *conſuit ex folijs ficûs.* Contra hoſtem Dei pariter hoſtilitatem exercuerunt omnia mundi elementa. Ignis vibrabat fulmina, aqua effundebat diluvia, aër peſtifera ſpirabat venena, terra contra hominem *Spinis & tribulis* ſe armavit. Rebellante homine, omnia jugum excuſſerunt illi ſubjecta animalia, rebellàrunt motus Corporis, caro conſurrexit adverſus ſpiritum, & Spiritus adverſus carnem, imò ipſe homo rebellavit contra ſe ipſum. Præclarè de hac rebellione ait Auguſtinus: *hæc eſt pœna inobedienti homini in ſemetipſo, ut eidem viciſſim non obediatur nec à ſemetipſo.* Rebellando ſibimet ipſi bellum indixit, factus

Genes. 2.

Genes. 3.

Ibidem.

L. contra adverſ. leg. c. 5.

hostis & oppugnator sui. *Sic vindicatur in rebellem adversus Deum, ut ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.* O homo temerarie, cur hostes extrà te quæris, cùm plurimos *intrà te habeas? Habes contra quos pugnes in te, habes quod expugnes in te.* Noli procul circumspicere, & exploratores mittere oculos, qui hostem prodant: Te ipsum inspice, & occultum hostem invenies. Nemo tibi magìs hostis, quàm tu tibi. Dum tecum loqueris, cum hoste tuo conversaris, dum te tangis, hostem tuum, habes in manibus, dum te castigas, hostem tuum cædis, dum speculum inspicis, hostis tuus tibi versatur præ oculis, dum te cibo reficis, capitalissimo hosti præbes commeatum. Huic veritati clarissimè suffragatur mellifluus Doctor Bernardus his verbis: *hostis noster caro est adversus spiritum concupiscens. Hostem hunc crudelissimum nec fugere possumus, nec fugare. Circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis, & quod periculosius est, hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eum non licet.* Non est tibi necesse hostes quærere, ingens hostium numerus est, nam teste S. Hieronymo: *Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia.* Audi S. Augustinum te salubriter admonentem: *noli tibi hostes addere, eum vince, cum quo natus es.* Noli tibi ullos conceptus formare de vincendis hostibus alienis, nisi te prius viceris, quod tibi graviter insinuat S. Ambrosius dicens: *Priùs homo tui victor esto, ut possis esse victor alterius. Vince inimicos proprios, ut possis vincere alienos.* Proinde si fortitudinem in vincendo hoste demonstrare desideras, & inter fortissimos heroes numerari cupis, hostes domesticos vince. Vinci debet hostis domesticus ante hostes externos. Quid enim prodest tibi pax universi, si intra te bellum geritur? Vivit intra hominem geminus homo, ille voluptuosa amat, iste honesta. Nunquam intra Te pax erit, donec ille homo vincat, & regnet, cui DEus dedit imperium. Fortitudinem ergò tuam intrà te ostende, *nam fortitudo*

idem in Psal. 75.

idem in Psal. 143.

Serm. 3. in Dom. 6. Pentecost.

Epist. 22.

In Psal. 57.

Serm. 36.

hostis & oppugnator sui. *Sic vindicatur in rebellem adversus Deum, ut ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.* O homo temerarie, cur hostes extrà te quæris, cùm plurimos *intrà te habeas? Habes contra quos pugnes in te, habes quod expugnes in te.* Noli procul circumspicere, & exploratores mittere oculos, qui hostem prodant: Te ipsum inspice, & occultum hostem invenies. Nemo tibi magìs hostis, quàm tu tibi. Dum tecum loqueris, cum hoste tuo conversaris, dum te tangis, hostem tuum, habes in manibus, dum te castigas, hostem tuum cædis, dum speculum inspicis, hostis tuus tibi versatur præ oculis, dum te cibo reficis, capitalissimo hosti præbes commeatum. Huic veritati clarissimè suffragatur mellifluus Doctor Bernardus his verbis: *hostis noster caro est adversus spiritum concupiscens. Hostem hunc crudelissimum nec fugere possumus, nec fugare. Circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis, & quod periculosius est, hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eum non licet.* Non est tibi necesse hostes quærere, ingens hostium numerus est, nam teste S. Hieronymo: *Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia.* Audi S. Augustinum te salubriter admonentem: *noli tibi hostes addere, eum vince, cum quo natus es.* Noli tibi ullos conceptus formare de vincendis hostibus alienis, nisi te prius viceris, quod tibi graviter insinuat S. Ambrosius dicens: *Priùs homo tui victor esto, ut possis esse victor alterius. Vince inimicos proprios, ut possis vincere alienos.* Proinde si fortitudinem in vincendo hoste demonstrare desideras, & inter fortissimos heroes numerari cupis, hostes domesticos vince. Vinci debet hostis domesticus ante hostes externos. Quid enim prodest tibi pax universi, si intra te bellum geritur? Vivit intra hominem geminus homo, ille voluptuosa amat, iste honesta. Nunquam intra Te pax erit, donec ille homo vincat, & regnet, cui DEus dedit imperium. Fortitudinem ergò tuam intrà te ostende, *nam fortitudo*

idem in Psal. 75.

idem in Psal. 143.

Serm. 3. in Dom. 6. Pentecost.

Epist. 22.

In Psal. 57.

Serm. 36.

est carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare. S. Grego. l. 7. Moral. Fortis est, non tantùm hostium, sed etiam voluptatum victor. Fortitudinis tuæ ostendendæ occasionem semper reperies, quia ùt ait S. Cyprianus *habes carnem tuam quam superes semper.* l. 2. adverſ. Pelag. Hìc fortitudinis Scholam invenies, nam ùt Divus testatur Hieronymus: *quamdiu vivimus, in certamine sumus.* Quod si plura fortitudinis Herculeæ edere cupis Specimina: pugna cum fortuna, non tantùm adversa, sed etiam prospera. *Magnæ enim Virtutis est* exclamat Hipponensis Præsul, *cum felicitate luctari: Magnæ felicitatis est à felicitate non vinci, quem enim felicitas nulla frangit, eum nulla infelicitas corrumpit.* Serm. 13. de verb. Dñi. Viri quippe fortis est, nec adversis frangi, nec prosperis sublevari.

Si adhuc nomen tuum ultrà omnium heroum gloriam inclarescere cupis; repeto quod dixi. Vince te ipsum. Nulla major est victoria nisì tui ipsius. Adstipulatur meo consilio Divinus Plato ex Sapientiæ suæ Schola hoc promens Oraculum: *Primam & optimam dico victoriam ut se ipsum quis vincat. Turpissimum verò & pessimum ut à se ipso vincatur.* L. 1. de Leg.

Si animos geris regios, & ad alta aspirans Regalem ambis purpuram, debella passiones animi, & opus regium perfecisti, nam ut aureè loquitur S. Chrysostomus: *Rex est eo, qui purpuram habet, regalior, qui passiones animi vicerit.* Homil. 4. ad Hebr. Si æmulator factus magni Alexandri totum mundum vincere exoptas: Vince Te ipsum, hoc tibi svadet S. Augustinus dicens: *Te vince, & mundus victus est.* de Diverſ. Ser. 5.

Si tandem cum Hercule affectes inter Deos referri, Vince Te ipsum, & inter Deos (pro Te Tullio perorante) sessionem obtinebis: dum ità loquitur: *Nulla est tanta vis quæ vinci non possit: verùm animum vincere, iracundiam cohibere &c. hæc qui facit: simillimum Deo judico.* pro Marco ad Cæs. Denique si pro æterna nominis tui memoria arcus tibi erigere cogitas triumphales: Vince te ipsum. De Te ipso reporta victo-

victoriam, impone columnis triumphalibus pro coronide imaginem Tui, cum inscriptione: *Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit mœnia.*

In toto mundo non est capitalior hostis,
A quo plus caveas Tu tibi, quisque sibi.
Contra te pugna! Si tu te viceris ipsum,
Tunc nec Alexander par tibi magnus erit.

S. ROMEDIUS.

Pater pauperum. Job. 29.

Anima esuriens dat tibi gloriam. Baruch. 2.



Huc oculos convertite, quotquot veras divitias amatis. Spectate duos juvenes, ambos valde divites. Unus illorum est
Luc. 18. Hebræus *Princeps in Judæa*, alter Christianus, Romedius Comes de Thaur in Tyroli. Uterque intrat Scholam Christi, uterque audit
Matth. 19. hanc divinæ Sapientiæ lectionem: *Si vis perfectus esse vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* O quàm difficiles sunt hæ Summulæ perfectionis Christianæ! quas quia auro inescatus, & mente captus juvenis, capere non potuit, & maximè argumen-
Ibid. tationem in DABITIS, videlicet *da pauperibus*, tanquam auritus Midas, & desperatus Logicus, cecidit ex ponte asinorum, nam referente Evangelico historiographo *abijt* ex Schola Christi *tristis, erat enim habens multas possessiones*, ostenditque verissimam esse æternæ veritatis doctrinam:
Ibid. *facilius est Camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in regnum Cælorum.* Tristis ergò abijt Hebræus princeps,

victoriam, impone columnis triumphalibus pro coronide imaginem Tui, cum inscriptione: *Fortior est, qui se, quàm qui fortissima vincit mœnia.*

In toto mundo non est capitalior hostis,
A quo plus caveas Tu tibi, quisque sibi.
Contra te pugna! Si tu te viceris ipsum,
Tunc nec Alexander par tibi magnus erit.

S. ROMEDIUS.

Pater pauperum. Job. 29.

Anima esuriens dat tibi gloriam. Baruch. 2.



Huc oculos convertite, quotquot veras divitias amatis. Spectate duos juvenes, ambos valde divites. Unus illorum est
Luc. 18. Hebræus *Princeps in Judæa*, alter Christianus, Romedius Comes de Thaur in Tyroli. Uterque intrat Scholam Christi, uterque audit
Matth. 19. hanc divinæ Sapientiæ lectionem: *Si vis perfectus esse vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* O quàm difficiles sunt hæ Summulæ perfectionis Christianæ! quas quia auro inescatus, & mente captus juvenis, capere non potuit, & maximè argumen-
Ibid. tationem in DABITIS, videlicet *da pauperibus*, tanquam auritus Midas, & desperatus Logicus, cecidit ex ponte asinorum, nam referente Evangelico historiographo *abijt* ex Schola Christi *tristis, erat enim habens multas possessiones*, ostenditque verissimam esse æternæ veritatis doctrinam:
Ibid. *facilius est Camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in regnum Cælorum.* Tristis ergò abijt Hebræus princeps,



Io: Stege del:

M: Rivola Sculp:



Io: Stege del:

M: Rivola Sculp:

ceps, ad principes tenebrarum, lætus verò permanſit in pauperis Chriſti comitatu Comes Romedius, à quo in Chriſtiana Philoſophia tam ſubtilis Scotiſta effectus eſt: ut abjectis divitijs per ſubtile foramen acûs tranſire potuerit. Quanta non hæc eſt ſubtilitas, quæ ſequentes defendit concluſiones: pauper fias ut dives evadas. Omnia tua perde, ut centuplum lucreris. Omnia profunde, ut omnia tibi reſerves. Nihil habe, ut omnia poſſideas. Ad inopiam te redige, ut in illa opes compares. Plenas manus & crumenas evacua, ut hoc modo theſauros congreges indeficientes. Mera hæc eſſe dicerem Sophiſmata, nisi divinæ foret oraculum veritatis: *da pauperibus & habebis theſaurum in Cælo.* Ibid. Vim harum concluſionum percipiens S. Ambroſius exclamat! *iſta eſt dives paupertas, quæ expendit omnia, & poſſidet omnia.* Serm. 26. de Sanctis. Hanc divinam lectionem Romedius non tantùm mente eſt aſſecutus, ſed etiam opere eſt executus: nam facultates ſuas, *diſperſit dedit pauperibus*, ideoque *juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Pſal. 111. Factus eſt Romedius ex locupletiſſimo Comite, pauperrimus Comes Chriſti, ſed ità pauper effectus eſt, ut dives eſſe non ceſſaverit, nam teſte S. Hieronymo: *affatim dives eſt, qui cum Chriſto, pauper eſt.* Epiſt. 1. O ditiſſime pauper Romedi! te verbis S. Auguſtini alloquor: *non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea ditius poteſt inveniri. Vis ſcire quàm locuples ſit? Cælum emit.* Serm. 28. de vet. Apoſt. Cælum paupertatè tuâ emiſti Romedi, ideoque jam in terris beatus es, ex mente Eccleſiaſtici dicentis: *Beatus vir qui poſt aurum non abijt, nec ſperavit in pecunia & theſauris.* Cap. 31. Aurum abjeciſti, hinc aureum os Chryſoſtomi te divitem facit, dum inquit: *nihil opulentius eſt eo, qui paupertatem ſponte ſuſcepit.*

O Dives Cræſe! ſi ſapis cum beato Romedio ſape. *Noli contemnere pauperem, ille te divitem facit.* Ambroſ. l. 3. Epiſt. 25. Si aurum amas, pretioſa tibi ſit Divi Chryſologi ſententia dicendis: *da pauperi, ut des tibi, quod pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi non dederis, habebit alter.* Serm. 8. Huic conſonat S. Auguſtinus: Præf. in in Pſal. 75 L. 4. Epiſt. 27.

ceps, ad principes tenebrarum, lætus verò permanſit in pauperis Chriſti comitatu Comes Romedius, à quo in Chriſtiana Philoſophia tam ſubtilis Scotiſta effectus eſt: ut abjectis divitijs per ſubtile foramen acûs tranſire potuerit. Quanta non hæc eſt ſubtilitas, quæ ſequentes defendit concluſiones: pauper fias ut dives evadas. Omnia tua perde, ut centuplum lucreris. Omnia profunde, ut omnia tibi reſerves. Nihil habe, ut omnia poſſideas. Ad inopiam te redige, ut in illa opes compares. Plenas manus & crumenas evacua, ut hoc modo theſauros congreges indeficientes. Mera hæc eſſe dicerem Sophiſmata, nisi divinæ foret oraculum veritatis: *da pauperibus & habebis theſaurum in Cælo.* Ibid. Vim harum concluſionum percipiens S. Ambroſius exclamat! *iſta eſt dives paupertas, quæ expendit omnia, & poſſidet omnia.* Serm. 26. de Sanctis. Hanc divinam lectionem Romedius non tantùm mente eſt aſſecutus, ſed etiam opere eſt executus: nam facultates ſuas, *diſperſit dedit pauperibus*, ideoque *juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.* Pſal. 111. Factus eſt Romedius ex locupletiſſimo Comite, pauperrimus Comes Chriſti, ſed ità pauper effectus eſt, ut dives eſſe non ceſſaverit, nam teſte S. Hieronymo: *affatim dives eſt, qui cum Chriſto, pauper eſt.* Epiſt. 1. O ditiſſime pauper Romedi! te verbis S. Auguſtini alloquor: *non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea ditius poteſt inveniri. Vis ſcire quàm locuples ſit? Cælum emit.* Serm. 28. de vet. Apoſt. Cælum paupertatè tuâ emiſti Romedi, ideoque jam in terris beatus es, ex mente Eccleſiaſtici dicentis: *Beatus vir qui poſt aurum non abijt, nec ſperavit in pecunia & theſauris.* Cap. 31. Aurum abjeciſti, hinc aureum os Chryſoſtomi te divitem facit, dum inquit: *nihil opulentius eſt eo, qui paupertatem ſponte ſuſcepit.*

O Dives Cræſe! ſi ſapis cum beato Romedio ſape. *Noli contemnere pauperem, ille te divitem facit.* Ambroſ. l. 3. Epiſt. 25. Si aurum amas, pretioſa tibi ſit Divi Chryſologi ſententia dicendis: *da pauperi, ut des tibi, quod pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi non dederis, habebit alter.* Serm. 8. Huic conſonat S. Auguſtinus: Præf. in in Pſal. 75 L. 4. Epiſt. 27.

ſtinus: *Reſpice manus, inanes ſi vis habere manus plenas.* Divitem te eſſe falſò putas, nam ex mente S. Ambroſij: *Nemo*
Serm. 120. *eſt dives, qui quod habet ſecum hinc auferre non poteſt, quod enim hìc relinquitur, non noſtrum ſed alienum eſt.* Recogita hoc conſilium ſuggerente S. Chryſologo, *quod te morientem divitiæ non ſequentur.* Divitem te exiſtimas, ſed non
Serm. 35. de verb. Dñi. es, *illæ enim* inquit S. Auguſtinus *ſunt veræ divitiæ, quas cùm habuerimus perdere non poſſumus.* Si divitias tuas non vis perdere, repone illas ad manus pauperis: quia teſte S. Am-
Serm. 26. broſio: *Manus pauperis gazophylacium Chriſti eſt.* Et tunc res tuæ erunt in bonis manibus, dum fuerint in manibus Dei. De hoc ſecurum te reddit S. Cyprianus his verbis:
de Eleemoſ. *Patrimonium Deo creditum nec Respublica eripit, nec fiſcus invadit, in tuto hæreditas ponitur, quæ DEO cuſtode ſervatur.*

O Dives epulo cur pauperem Lazarum contemnis? pariter cum illo mendicus es, nam ùt rectè ait S. Auguſti-
Serm. 5. de verb. Dñi. nus: *Omnes quando oramus mendici Dei ſumus, ut ergo agnoſcat ille mendicos ſuos, agnoſcamus nos noſtros.* Quando pau-
Homil. 22. Luc. 16. per mendicat, Deus petit: *ſed quales ſumus nos!* (exclamat S. Cæſareus) *quando Deus donat, volumus accipere, quando petit, nolumus dare.* Offert nobis liberaliſimus DEUS totum Cælum, & non volumus pro illo dare vile metalli cœnum. Ex quo contingit, quod moriatur *pauper Lazarus, & transferatur ad ſinum Abrahæ*, dives autem cum numis ſuis *ſepeliatur in inferno.* Terribilem planè ſententiam
L. de contempt. Mundi. c. 6. divitibus Evclionibus intonat S. Auguſtinus: *Regnum Cælorum non divitum, ſed pauperum eſt; ſi eſt regnum cælorum pauperum reſtat ut infernus ſit divitum.* O infelices avari divites! qui horrendam illam extremi Judicij ſententiam ti-
Matth. 25. mendam habetis: *Ite Maledicti!* Deſperata eſt veſtra cauſa, niſi ad conſvetam mundi praxim confugiatis. Judicem pecunijs corrumpite! Quod ut feliciter cedat, ungite manus pauperum, & per illas incorruptum judicem corrumpetis. Solatio vobis ſint verba S. Chryſoſtomi ità ſcribentis: *Judex noſter per pauperes corrumpitur, etenim per illos munera accipit.*

Per

ſtinus: *Reſpice manus, inanes ſi vis habere manus plenas.* Divitem te eſſe falſò putas, nam ex mente S. Ambroſij: *Nemo*
Serm. 120. *eſt dives, qui quod habet ſecum hinc auferre non poteſt, quod enim hìc relinquitur, non noſtrum ſed alienum eſt.* Recogita hoc conſilium ſuggerente S. Chryſologo, *quod te morientem divitiæ non ſequentur.* Divitem te exiſtimas, ſed non
Serm. 35. de verb. Dñi. es, *illæ enim* inquit S. Auguſtinus *ſunt veræ divitiæ, quas cùm habuerimus perdere non poſſumus.* Si divitias tuas non vis perdere, repone illas ad manus pauperis: quia teſte S. Am-
Serm. 26. broſio: *Manus pauperis gazophylacium Chriſti eſt.* Et tunc res tuæ erunt in bonis manibus, dum fuerint in manibus Dei. De hoc ſecurum te reddit S. Cyprianus his verbis:
de Eleemoſ. *Patrimonium Deo creditum nec Respublica eripit, nec fiſcus invadit, in tuto hæreditas ponitur, quæ DEO cuſtode ſervatur.*

O Dives epulo cur pauperem Lazarum contemnis? pariter cum illo mendicus es, nam ùt rectè ait S. Auguſti-
Serm. 5. de verb. Dñi. nus: *Omnes quando oramus mendici Dei ſumus, ut ergo agnoſcat ille mendicos ſuos, agnoſcamus nos noſtros.* Quando pau-
Homil. 22. Luc. 16. per mendicat, Deus petit: *ſed quales ſumus nos!* (exclamat S. Cæſareus) *quando Deus donat, volumus accipere, quando petit, nolumus dare.* Offert nobis liberaliſimus DEUS totum Cælum, & non volumus pro illo dare vile metalli cœnum. Ex quo contingit, quod moriatur *pauper Lazarus, & transferatur ad ſinum Abrahæ*, dives autem cum numis ſuis *ſepeliatur in inferno.* Terribilem planè ſententiam
L. de contempt. Mundi. c. 6. divitibus Evclionibus intonat S. Auguſtinus: *Regnum Cælorum non divitum, ſed pauperum eſt; ſi eſt regnum cælorum pauperum reſtat ut infernus ſit divitum.* O infelices avari divites! qui horrendam illam extremi Judicij ſententiam ti-
Matth. 25. mendam habetis: *Ite Maledicti!* Deſperata eſt veſtra cauſa, niſi ad conſvetam mundi praxim confugiatis. Judicem pecunijs corrumpite! Quod ut feliciter cedat, ungite manus pauperum, & per illas incorruptum judicem corrumpetis. Solatio vobis ſint verba S. Chryſoſtomi ità ſcribentis: *Judex noſter per pauperes corrumpitur, etenim per illos munera accipit.*

Per

Per manus ergo pauperum tanquam per advocatos offerte Judici munera, quia teſte Petro Ravennate: *quidquid pauper recipit Chriſtus acceptat.* Ut ergo ad æternam mortem condemnati evadatis inferni funera, offerte pauperi munera, nam *Eleemoſyna liberat à morte, & facit invenire vitam æternam.* Hoc modo incorruptus judex corrumpetur, mutabítque ſententiam, & in extremo tribunali locô *Ite*, pronunciabit *Venite.* Sed ad Sanctum Romedium revertamur, cui parum videbatur relinquere ſua, & dare pauperibus, niſi ſimul relinqueret ſuos, & penè ſe ipſum. Inimici hominis domeſtici ejus, ideoque domeſticos deſeruit Lares vehementer timens, nè fiat Romedius Anagrammaticè *Domi Reus.* Paterna igitur tranſcendens limina, ſtatuit ſacra Apoſtolorum exoſculari limina, ut ſaltem in primo perfectionis Tyrocinio, ſanctitatem à limine ſalutaret. Accidit autem divina ita ordinante providentia, ut tam pium iter cum duobus viæ Socijs Abraham & David aggreſſus Romedius, ad Urbem Tridentinam diverteret, in qua Epiſcopale ſolium tenebat Divus Vigilius ſanctitatis famâ celeberrimus. Ab eodem devotâ hilaritate, frugali prandio excepti gratiſſimi hoſpites, plus paverunt mentem quàm ventrem, nec ſolæ fauces ſumebant cibum, ſed magis aures eſuriebant Dei Verbum. Hâc occaſione arctam contraxit Romedius amicitiam cum Miſſionarijs Apoſtolicis Siſinio, Martyrio, & Alexandro, quorum Sancta converſatione in tantum fuit delectatus, ut oſtenderit verum eſſe illud proverbium: ſimilis ſimili gaudet. Spiritualibus itaque hoſpites ſuos ſatians documentis Divus Vigilius, eosdem ad invigilandum ſaluti ſuæ nervosè adhortabatur, ac tandem impertitâ Epiſcopali benedictione, hanc DEO devotam Triadem in pace dimiſit, æquum exiſtimans illi benedicere, qui tam copioſis pauperibus benefecit. Liceat & mihi tam benefico Eleemoſynario hos decantare verſiculos:

Tob. 4.

Per manus ergo pauperum tanquam per advocatos offerte Judici munera, quia teſte Petro Ravennate: *quidquid pauper recipit Chriſtus acceptat.* Ut ergo ad æternam mortem condemnati evadatis inferni funera, offerte pauperi munera, nam *Eleemoſyna liberat à morte, & facit invenire vitam æternam.* Hoc modo incorruptus judex corrumpetur, mutabítque ſententiam, & in extremo tribunali locô *Ite*, pronunciabit *Venite.* Sed ad Sanctum Romedium revertamur, cui parum videbatur relinquere ſua, & dare pauperibus, niſi ſimul relinqueret ſuos, & penè ſe ipſum. Inimici hominis domeſtici ejus, ideoque domeſticos deſeruit Lares vehementer timens, nè fiat Romedius Anagrammaticè *Domi Reus.* Paterna igitur tranſcendens limina, ſtatuit ſacra Apoſtolorum exoſculari limina, ut ſaltem in primo perfectionis Tyrocinio, ſanctitatem à limine ſalutaret. Accidit autem divina ita ordinante providentia, ut tam pium iter cum duobus viæ Socijs Abraham & David aggreſſus Romedius, ad Urbem Tridentinam diverteret, in qua Epiſcopale ſolium tenebat Divus Vigilius ſanctitatis famâ celeberrimus. Ab eodem devotâ hilaritate, frugali prandio excepti gratiſſimi hoſpites, plus paverunt mentem quàm ventrem, nec ſolæ fauces ſumebant cibum, ſed magis aures eſuriebant Dei Verbum. Hâc occaſione arctam contraxit Romedius amicitiam cum Miſſionarijs Apoſtolicis Siſinio, Martyrio, & Alexandro, quorum Sancta converſatione in tantum fuit delectatus, ut oſtenderit verum eſſe illud proverbium: ſimilis ſimili gaudet. Spiritualibus itaque hoſpites ſuos ſatians documentis Divus Vigilius, eosdem ad invigilandum ſaluti ſuæ nervosè adhortabatur, ac tandem impertitâ Epiſcopali benedictione, hanc DEO devotam Triadem in pace dimiſit, æquum exiſtimans illi benedicere, qui tam copioſis pauperibus benefecit. Liceat & mihi tam benefico Eleemoſynario hos decantare verſiculos:

Tob. 4.

Pauperibus dando fit dives creditor inde
Romedius, nam fit debitor ipſe DEUS.
Non ſex pro centum, ſed pro uno ſolvere centum,
Et capitale ſimul reddere, Numen amat.

DOMUS AUREA.

2. Paral. 3.

Gloria Beneficentiæ Thunianæ.

QUemadmodum fulgor ſpectantium trahit oculos, ità ſplendor beneficẽtiæ Thunianæ animos conſiderantium ad ſe rapit. Verè hæc eſt domus aurea, imò inexhauſta beneficiorum aurifodina, quia ùt teſtatur Agapitus: *inexhauſtæ ſunt beneficentiæ opes, nam largiendo acquiruntur, & diſpenſando colliguntur.* In Epiſt. Paranet. Nunquam feliciùs nobilitas Thuniana ſuo correſpondit nomini, nisì *bene faciendo.* Benefacere Thunianum eſt: ità ut alio nomine Thuniadæ meritò poſſint *Benefactores* appellari. Videntur pro ſua Regula habere aureum tractatum Senecæ: *de Beneficijs.* Si homo ab humanitate dicitur, Thuniadæ non ſunt vulgares homines, quia ſunt humani in gradu excellenti. Inhumani homines imò monſtroſæ belluæ ſunt, qui aurea Heſperidum poma tanquam Dracones cuſtodiunt. Humanitas & beneficentia homini propria eſt, dicente Cicerone: *Liberalitate nihil eſt humanæ naturæ accomodatius.* L. 1. Offic Humaniſſimi Thuniadæ ſunt nobiliſſimæ indolis homines, nam nobilis imò

Re-

Pauperibus dando fit dives creditor inde
Romedius, nam fit debitor ipſe DEUS.
Non ſex pro centum, ſed pro uno ſolvere centum,
Et capitale ſimul reddere, Numen amat.

DOMUS AUREA.

2. Paral. 3.

Gloria Beneficentiæ Thunianæ.

QUemadmodum fulgor ſpectantium trahit oculos, ità ſplendor beneficẽtiæ Thunianæ animos conſiderantium ad ſe rapit. Verè hæc eſt domus aurea, imò inexhauſta beneficiorum aurifodina, quia ùt teſtatur Agapitus: *inexhauſtæ ſunt beneficentiæ opes, nam largiendo acquiruntur, & diſpenſando colliguntur.* In Epiſt. Paranet. Nunquam feliciùs nobilitas Thuniana ſuo correſpondit nomini, nisì *bene faciendo.* Benefacere Thunianum eſt: ità ut alio nomine Thuniadæ meritò poſſint *Benefactores* appellari. Videntur pro ſua Regula habere aureum tractatum Senecæ: *de Beneficijs.* Si homo ab humanitate dicitur, Thuniadæ non ſunt vulgares homines, quia ſunt humani in gradu excellenti. Inhumani homines imò monſtroſæ belluæ ſunt, qui aurea Heſperidum poma tanquam Dracones cuſtodiunt. Humanitas & beneficentia homini propria eſt, dicente Cicerone: *Liberalitate nihil eſt humanæ naturæ accomodatius.* L. 1. Offic Humaniſſimi Thuniadæ ſunt nobiliſſimæ indolis homines, nam nobilis imò

Re-

Regij planè animi eſt, in alios beneficia conferre. Huic nobiliſſimo ſtemmati altè impreſſa videtur illa Gregorij magni ſententia: *Hanc ſibi quodam̃odo nobilitas legem imponit, ut debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi in beneficijs ſuis creverit, nihil præſtitiſſe ſe reputet.* In Epiſt. Homo bene faciens non parùm divini habet, nam ùt inquit Syneſius: *bene alijs facere; hoc ſolum habent homines cum DEO cõmune.* Epiſt. 11. Inter maxima Dei prædicata *eſt benefacere.* Et quomodo non benefaciat ille, qui eſt *optimus*, & quidem *prius optimus, quàm maximus, at optimus ſignificat beneficentiſſimus.* Paſchalis Lib. Virt. & Vit. Cap. 25. Inter maximas quoque ſangvinis Thuniani dotes eſt beneficentia, per quam Dijs aſſimilatur. Teſte enim Philone *nunquam homines propiùs ad ſimilitudinem Dei accedunt, quàm cùm ſunt benefici.* Hoc ipſum confirmat Clemens Alexandrinus ſcribens: *Revera DEI eſt imago homo benefaciens.* L. 2. ſtromat. Gloriamini de hac virtute beneficentiſſimi Thuniadæ, hæc enim ſuffragante Gregorio Nyſſeno, *eſt omnium laudabiliſſima, hæc eſt felicitatis Comes, hæc aſſidet DEO, & magnâ eſt cum ipſo neceſſitudine conjuncta.* In Orat. de pauper: amand. Munificentiſſimæ liberalitatis Exemplar ſe exhibuit Joannes Argobaſtus Comes de Thun, magnæ vir opulentiæ; qui ideo divitias ſibi præmanibus eſſe putabat, ut alios divites redderet, pauperibus ſtudioſis, & egenis Eccleſiaſticis opem ferre, opes ſuas exiſtimabat, ſuum reputabat eſſe gaudium, alijs poſſe prodeſſe, dum alij gaudebant, illum ſibi profuiſſe. Tam beneficus fuit, ut alijs dando beneficium, ratus ſit ſe beneficium accepiſſe. Hæc pridem elapſorum annorum prodit memoria, ad recentiora calamum applicemus. Quis adeo rudis eſt in antiquæ nobilitatis Amphitheatro, ut glorioſum Gvidobaldi de Thun nomen ignoret? quem illius fama latet, magnam partem Chronologiæ Salisburgenſis neſcit. Hoc loco ſola illius memoranda venit munificentia verè principalis. Princeps erat puncti honoris amantiſſimus, adeoque liberaliſſimus. Quia Teſte Demoſthene *liberalitas laudem, gra-* pro Cteſiphonte.

Regij planè animi eſt, in alios beneficia conferre. Huic nobiliſſimo ſtemmati altè impreſſa videtur illa Gregorij magni ſententia: *Hanc ſibi quodam̃odo nobilitas legem imponit, ut debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi in beneficijs ſuis creverit, nihil præſtitiſſe ſe reputet.* In Epiſt. Homo bene faciens non parùm divini habet, nam ùt inquit Syneſius: *bene alijs facere; hoc ſolum habent homines cum DEO cõmune.* Epiſt. 11. Inter maxima Dei prædicata *eſt benefacere.* Et quomodo non benefaciat ille, qui eſt *optimus*, & quidem *prius optimus, quàm maximus, at optimus ſignificat beneficentiſſimus.* Paſchalis Lib. Virt. & Vit. Cap. 25. Inter maximas quoque ſangvinis Thuniani dotes eſt beneficentia, per quam Dijs aſſimilatur. Teſte enim Philone *nunquam homines propiùs ad ſimilitudinem Dei accedunt, quàm cùm ſunt benefici.* Hoc ipſum confirmat Clemens Alexandrinus ſcribens: *Revera DEI eſt imago homo benefaciens.* L. 2. ſtromat. Gloriamini de hac virtute beneficentiſſimi Thuniadæ, hæc enim ſuffragante Gregorio Nyſſeno, *eſt omnium laudabiliſſima, hæc eſt felicitatis Comes, hæc aſſidet DEO, & magnâ eſt cum ipſo neceſſitudine conjuncta.* In Orat. de pauper: amand. Munificentiſſimæ liberalitatis Exemplar ſe exhibuit Joannes Argobaſtus Comes de Thun, magnæ vir opulentiæ; qui ideo divitias ſibi præmanibus eſſe putabat, ut alios divites redderet, pauperibus ſtudioſis, & egenis Eccleſiaſticis opem ferre, opes ſuas exiſtimabat, ſuum reputabat eſſe gaudium, alijs poſſe prodeſſe, dum alij gaudebant, illum ſibi profuiſſe. Tam beneficus fuit, ut alijs dando beneficium, ratus ſit ſe beneficium accepiſſe. Hæc pridem elapſorum annorum prodit memoria, ad recentiora calamum applicemus. Quis adeo rudis eſt in antiquæ nobilitatis Amphitheatro, ut glorioſum Gvidobaldi de Thun nomen ignoret? quem illius fama latet, magnam partem Chronologiæ Salisburgenſis neſcit. Hoc loco ſola illius memoranda venit munificentia verè principalis. Princeps erat puncti honoris amantiſſimus, adeoque liberaliſſimus. Quia Teſte Demoſthene *liberalitas laudem, gra-* pro Cteſiphonte.

tiámque meretur. Unde ſtatim à Regiminis ſui initio firmiter ſibi perſuaſum habuit, non poſſe digniore aut pulchriore auſpitio ſua principia dedicari, quam ſi amori civium bonóque publico conſuluiſſet, acciſorum & exactionum oneribus (inviſa ſubditis nomina) ad centum ferè millia imperialium, partim ſublatis, partim mitigatis, ſui principatûs primordia inſigni clementia conſecravit. Status Provinciales Salisburgenſes gravi ære alieno obſtrictos multorum millium imperialium debito liberavit. Ferrifodinas in Tientina valle quindecim millibus imperialium redemit. Mira liberaliſſimi Principis humanitas, vicinorum Principum affectui & amicitiæ ipſum altius inſinuavit: unde orta ſunt mutua invitationum, & viſitationum officia. Sereniſſimum Auſtriæ Archiducem Ferdinandum Carolum cum tota Aula iteratis vicibus hoſpitem excepit, uti & illius ſereniſſimum Fratrem Franciſcum Sigismundum cum Sereniſſima conjuge Anna & Principiſſa filia Seniore. Nec minora fuêre cum Sereniſſimo Electore Bavariæ reciprocæ humanitatis commercia; qui cum tota aulâ ſua à Principe Gvidobaldo ſplendidiſſimè exceptus, & per dies propè quatuordecim inter varias animi & Corporis oblectationes fuit Salisburgi commoratus. Hæc ſingularis Archi-Epiſcopi humanitas eundem Sereniſſimum Electorem permovit, ut Principem Gvidobaldum ad ſacras Baptiſmi ceremonias neonatæ Principiſſæ Mariæ Annæ, poſtmodum moderno Galliæ Delphino nuptæ, nec non Principi Maximiliano Emmanueli hodierna die Bavariæ Electori, & Belgij Gubernatori impendendas requiſiverit.

Metzger in vit. St. Salisburg.

Memoratu quoque digna eſt Celſisſimi Principis Gvidobaldi officioſisſima humanitas, qua Auguſtisſimũ Cæſarem LEOPOLDUM inter complures Arcus triumphales Solennisſimâ pompâ Salisburgi magnum hoſpitem excepit. Enituit ſanè in tractanda Cæſaris Aula, ſumma illius providentia, & liberalitas, quia in tanti Monarchæ comi-

tiámque meretur. Unde ſtatim à Regiminis ſui initio firmiter ſibi perſuaſum habuit, non poſſe digniore aut pulchriore auſpitio ſua principia dedicari, quam ſi amori civium bonóque publico conſuluiſſet, acciſorum & exactionum oneribus (inviſa ſubditis nomina) ad centum ferè millia imperialium, partim ſublatis, partim mitigatis, ſui principatûs primordia inſigni clementia conſecravit. Status Provinciales Salisburgenſes gravi ære alieno obſtrictos multorum millium imperialium debito liberavit. Ferrifodinas in Tientina valle quindecim millibus imperialium redemit. Mira liberaliſſimi Principis humanitas, vicinorum Principum affectui & amicitiæ ipſum altius inſinuavit: unde orta ſunt mutua invitationum, & viſitationum officia. Sereniſſimum Auſtriæ Archiducem Ferdinandum Carolum cum tota Aula iteratis vicibus hoſpitem excepit, uti & illius ſereniſſimum Fratrem Franciſcum Sigismundum cum Sereniſſima conjuge Anna & Principiſſa filia Seniore. Nec minora fuêre cum Sereniſſimo Electore Bavariæ reciprocæ humanitatis commercia; qui cum tota aulâ ſua à Principe Gvidobaldo ſplendidiſſimè exceptus, & per dies propè quatuordecim inter varias animi & Corporis oblectationes fuit Salisburgi commoratus. Hæc ſingularis Archi-Epiſcopi humanitas eundem Sereniſſimum Electorem permovit, ut Principem Gvidobaldum ad ſacras Baptiſmi ceremonias neonatæ Principiſſæ Mariæ Annæ, poſtmodum moderno Galliæ Delphino nuptæ, nec non Principi Maximiliano Emmanueli hodierna die Bavariæ Electori, & Belgij Gubernatori impendendas requiſiverit.

Metzger in vit. St. Salisburg.

Memoratu quoque digna eſt Celſisſimi Principis Gvidobaldi officioſisſima humanitas, qua Auguſtisſimũ Cæſarem LEOPOLDUM inter complures Arcus triumphales Solennisſimâ pompâ Salisburgi magnum hoſpitem excepit. Enituit ſanè in tractanda Cæſaris Aula, ſumma illius providentia, & liberalitas, quia in tanti Monarchæ comi-

comitatu perſonæ 750. & equi 1017. cenſebantur, nundinis quoque ferventibus, & plurimis advenis ad ſpectandam Cæſaris Auguſtam Perſonam, & Aulam affluentibus, cunctis abundè proviſum, neque defectus alicujus nota, aut quærela fuit. Intrà aulam quotidie 31. Menſæ, extrà illam Archi-Epiſcopi expenſis 28. ſternebantur. Inferioris conditionis famuli pro competente victu omnes ad unum paratâ pecuniâ donabantur. Primarijs Romani Jovis miniſtris, quaſi aſſiſtentibus numinibus, nec non Dijs minorum gentium, ſumptuoſa donaria offerendo, tam profuſa liberalitate occurrit, ut viſus ſit opinari, hoc ſolum ſui eſſe muneris, alijs munera conferre.

Etiam ad exteras nationes Celſisſimi Principis Gvidobaldi humanitas & beneficentia ſe extendit. Contigit enim ut ex ſubſidijs Gallicis contra Turcas in Ungariam miſis, duo millia capitum Duce Gaſſione Suillio per Salisburgenſem ditionem tranſitum in Styriam quærerent, & Salisburgum appellerent. Hinc demonſtrandæ ſuæ beneficentiæ, & hoſpitalitatis nactus bellisſimam occaſionem Gvidobaldus: majoris notæ præfectos & Tribunos ſuæ menſæ adhibuit, & imos, ac ſummos varijs humanitatis indicijs perquàm liberaliter affecit. Salisburgo digredientibus (cùm cellæ vinariæ Kaltenhuſianæ appropinquarent) juſſit Princeps cuivis non tantum ſtipendiario, ſed etiam caloni, quantum quisque tam hauſtu, quàm lagenis & ænophoris ferre poterat, ſive de cereviſia, ſive Tyrolenſi vino, prout placuiſſet liberaliter affundi. Acclamatum tunc fuit liberalisſimo Principi lætoque Gallicinio, & humanitatis illius gloria Alpes tranſcendit. Ex his luce meridianâ clariùs apparet, quàm ſordidè parcus in veritate, & liberalis in calumnia fuerit ſcriptor ille, qui calamo ſuo non erubuit Gvidobaldo affingere notam parcitatis. Magnificum Primatis ſui ſpiritum tota novit Germania, unde qui contrarium fabulatus eſt, Germanâ fide non proceſſiſſe convincitur. Unicum-

comitatu perſonæ 750. & equi 1017. cenſebantur, nundinis quoque ferventibus, & plurimis advenis ad ſpectandam Cæſaris Auguſtam Perſonam, & Aulam affluentibus, cunctis abundè proviſum, neque defectus alicujus nota, aut quærela fuit. Intrà aulam quotidie 31. Menſæ, extrà illam Archi-Epiſcopi expenſis 28. ſternebantur. Inferioris conditionis famuli pro competente victu omnes ad unum paratâ pecuniâ donabantur. Primarijs Romani Jovis miniſtris, quaſi aſſiſtentibus numinibus, nec non Dijs minorum gentium, ſumptuoſa donaria offerendo, tam profuſa liberalitate occurrit, ut viſus ſit opinari, hoc ſolum ſui eſſe muneris, alijs munera conferre.

Etiam ad exteras nationes Celſisſimi Principis Gvidobaldi humanitas & beneficentia ſe extendit. Contigit enim ut ex ſubſidijs Gallicis contra Turcas in Ungariam miſis, duo millia capitum Duce Gaſſione Suillio per Salisburgenſem ditionem tranſitum in Styriam quærerent, & Salisburgum appellerent. Hinc demonſtrandæ ſuæ beneficentiæ, & hoſpitalitatis nactus bellisſimam occaſionem Gvidobaldus: majoris notæ præfectos & Tribunos ſuæ menſæ adhibuit, & imos, ac ſummos varijs humanitatis indicijs perquàm liberaliter affecit. Salisburgo digredientibus (cùm cellæ vinariæ Kaltenhuſianæ appropinquarent) juſſit Princeps cuivis non tantum ſtipendiario, ſed etiam caloni, quantum quisque tam hauſtu, quàm lagenis & ænophoris ferre poterat, ſive de cereviſia, ſive Tyrolenſi vino, prout placuiſſet liberaliter affundi. Acclamatum tunc fuit liberalisſimo Principi lætoque Gallicinio, & humanitatis illius gloria Alpes tranſcendit. Ex his luce meridianâ clariùs apparet, quàm ſordidè parcus in veritate, & liberalis in calumnia fuerit ſcriptor ille, qui calamo ſuo non erubuit Gvidobaldo affingere notam parcitatis. Magnificum Primatis ſui ſpiritum tota novit Germania, unde qui contrarium fabulatus eſt, Germanâ fide non proceſſiſſe convincitur. Unicum-

adhuc adjicio pro extollenda liberalisſimi Principis beneficentia, Reverendisſimi Capituli Ratisbonenſis omni exceptione majus teſtimonium, quod conſignatum habetur tenore ſequenti.

Nos Præpoſitus, Decanus, Senior, totumque Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis, publicis hiſce litteris profitemur: quòd Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps & Dominus Dominus GVIDOBALDUS *Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. Dominus noſter Clementiſſimus, poſtquam à nobis in Epiſcopum ac Principem hujus Almæ Diœceſis, communi omnium ſuffragatione canonicè electus, & à nobis evidentibus rationibus debitâ cum reverentiâ informatus fuit, quàm arctis limitibus conſtricta eſſet Sedis hujus res œconomica, ità quidem ut non nisì extraordinarijs medijs, aliunde accitis, ſub ingenti onere debitorum fatiſcenti ſubſidium opportunum feratur, nulla omnino ſpes alluceat è tãtis difficultatibus ullo unquam tempore emergendi: generoſiſſimâ animi benignitate, ac ſingulariſſimâ, eaque clementiſſimâ ergà afflictam hanc Sedem benevolentiâ, motu proprio abdicârit ſe ad quatuor annos uſu redituum ac proventuum ex bonis Epiſcopatûs hujus, eâ lege, ut tota quidem bonorum adminiſtratio à clementiſſima ipſius voluntate ac directione pendeat, fructus tamen ſupra determinato tempore inde percepti, non nisì exol-vendi debita, & ut ſaltem dimidia eorum parte Epiſcopatûs ſublevaretur (quia immodica ſunt) impendantur. Hanc Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis, ac Domini Noſtri Clementiſſimi benigniſſimam voluntatem, ità nunquam non humillimis juxtà ac fideliſſimis noſtris obſequijs demereri conabimur: ità publicis hiſce litteris perinde deprædicatam ac conteſtatam volumus.*

Ratisbonæ 28. Octobr.
1666.

(L.S.) Joannes Schixegerle Col: Reverendiſſ:
Capituli Cathed. Eccleſ. ibidem.

Hæc ſanè liberalitas meretur liberalium artium præconijs concelebrari. Nec ſoli Gvidobaldo ex hoc ſtemmate

adhuc adjicio pro extollenda liberalisſimi Principis beneficentia, Reverendisſimi Capituli Ratisbonenſis omni exceptione majus teſtimonium, quod conſignatum habetur tenore ſequenti.

Nos Præpoſitus, Decanus, Senior, totumque Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis, publicis hiſce litteris profitemur: quòd Celſiſſimus ac Reverendiſſimus Princeps & Dominus Dominus GVIDOBALDUS *Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. Dominus noſter Clementiſſimus, poſtquam à nobis in Epiſcopum ac Principem hujus Almæ Diœceſis, communi omnium ſuffragatione canonicè electus, & à nobis evidentibus rationibus debitâ cum reverentiâ informatus fuit, quàm arctis limitibus conſtricta eſſet Sedis hujus res œconomica, ità quidem ut non nisì extraordinarijs medijs, aliunde accitis, ſub ingenti onere debitorum fatiſcenti ſubſidium opportunum feratur, nulla omnino ſpes alluceat è tãtis difficultatibus ullo unquam tempore emergendi: generoſiſſimâ animi benignitate, ac ſingulariſſimâ, eaque clementiſſimâ ergà afflictam hanc Sedem benevolentiâ, motu proprio abdicârit ſe ad quatuor annos uſu redituum ac proventuum ex bonis Epiſcopatûs hujus, eâ lege, ut tota quidem bonorum adminiſtratio à clementiſſima ipſius voluntate ac directione pendeat, fructus tamen ſupra determinato tempore inde percepti, non nisì exol-vendi debita, & ut ſaltem dimidia eorum parte Epiſcopatûs ſublevaretur (quia immodica ſunt) impendantur. Hanc Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis, ac Domini Noſtri Clementiſſimi benigniſſimam voluntatem, ità nunquam non humillimis juxtà ac fideliſſimis noſtris obſequijs demereri conabimur: ità publicis hiſce litteris perinde deprædicatam ac conteſtatam volumus.*

Ratisbonæ 28. Octobr.
1666.

(L.S.) Joannes Schixegerle Col: Reverendiſſ:
Capituli Cathed. Eccleſ. ibidem.

Hæc ſanè liberalitas meretur liberalium artium præconijs concelebrari. Nec ſoli Gvidobaldo ex hoc ſtemmate

mate propria fuit glorioſa munificentia, ſed toti propè ſtemmati, dum de honore agitur, deprehenditur eſſe innata. Longum proinde foret de liberalitate Thuniana ſcribendo nimis profuſum eſſe, & liberalem. A puncto honoris aſcendamus ad punctum DEI: quod qui tulit, *omne tulit punctum.*

Non tantùm ad homines, ſed etiam ad Deum ſe extendit liberalitas Thuniana: quod enim tribuitur pauperi, datur Deo; pauper quidem recipit, ſed DEUS acceptat. Defacto in hâc virtute miſericordiæ excellunt duo Fratres Excellentiſſimi, Maximilianꝰ, & Romedius de Thun, quibus jure meritò applicari poteſt pium illud ex Eccleſiaſtico eloquium: *illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt, cum ſemine eorum permanent bona.* Vivit enim verò hæc beneficentiæ Virtus in Excellentiſſimo Domino Comite Maximiliano de Thun, cujus miſericordiam lapides loquuntur, quos habitationi pauperum deputavit. Oſtendit piam illius liberalitatem pro egenis recipiendis Tetznæ decenter exſtructum, & bene neceſſarijs inſtructum hoſpitale, quod jure meritò appellari poteſt *Diverſorium Chriſti.* O quàm magnum Dominum hic Excellentiſsimus Fundator tanquam hoſpitem tractat, dum in perſona pauperis divitem Chriſtum hoſpitio recipit; ille enim de ſe dicit: *hoſpes fui, & collegiſtis me.* Magnam certè à tam magno domino pro hac hoſpitali humanitate vicisſim expectandam habet gratiam, & diſcretionem. Hæc hoſpitalitas efficiet, ut ex hoc programmate *Maximilianus Comes de Thun* verificetur deductum ſequens anagramma. *Hic olim Senex, tam diu ſanum* temperamentum Corporis conſervabit; donec annis gravis, & plenus dierum, complura Neſtoris abſolvat ſæcula, ſcriptum eſt enim: *Eleemoſyna liberat à morte.* c. 44. v. 10.

Quid dicam de Excellentiſsimo Domino Comite Romedio de Thun, quem ideo natura formâſſe videtur, ut in illo humanitas hoſpitium reperiret. Ita enim affabili-

mate propria fuit glorioſa munificentia, ſed toti propè ſtemmati, dum de honore agitur, deprehenditur eſſe innata. Longum proinde foret de liberalitate Thuniana ſcribendo nimis profuſum eſſe, & liberalem. A puncto honoris aſcendamus ad punctum DEI: quod qui tulit, *omne tulit punctum.*

Non tantùm ad homines, ſed etiam ad Deum ſe extendit liberalitas Thuniana: quod enim tribuitur pauperi, datur Deo; pauper quidem recipit, ſed DEUS acceptat. Defacto in hâc virtute miſericordiæ excellunt duo Fratres Excellentiſſimi, Maximilianꝰ, & Romedius de Thun, quibus jure meritò applicari poteſt pium illud ex Eccleſiaſtico eloquium: *illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt, cum ſemine eorum permanent bona.* Vivit enim verò hæc beneficentiæ Virtus in Excellentiſſimo Domino Comite Maximiliano de Thun, cujus miſericordiam lapides loquuntur, quos habitationi pauperum deputavit. Oſtendit piam illius liberalitatem pro egenis recipiendis Tetznæ decenter exſtructum, & bene neceſſarijs inſtructum hoſpitale, quod jure meritò appellari poteſt *Diverſorium Chriſti.* O quàm magnum Dominum hic Excellentiſsimus Fundator tanquam hoſpitem tractat, dum in perſona pauperis divitem Chriſtum hoſpitio recipit; ille enim de ſe dicit: *hoſpes fui, & collegiſtis me.* Magnam certè à tam magno domino pro hac hoſpitali humanitate vicisſim expectandam habet gratiam, & diſcretionem. Hæc hoſpitalitas efficiet, ut ex hoc programmate *Maximilianus Comes de Thun* verificetur deductum ſequens anagramma. *Hic olim Senex, tam diu ſanum* temperamentum Corporis conſervabit; donec annis gravis, & plenus dierum, complura Neſtoris abſolvat ſæcula, ſcriptum eſt enim: *Eleemoſyna liberat à morte.* c. 44. v. 10.

Quid dicam de Excellentiſsimo Domino Comite Romedio de Thun, quem ideo natura formâſſe videtur, ut in illo humanitas hoſpitium reperiret. Ita enim affabili-

tate ſua, & beneficentiâ, etiam nobilisſima corda trahit, ut cordium magnes posſit appellari. Hæc affabilitas illi non rarò magna attulit emolumenta, nam frequenter animos, quos nec ferrum nec aurum movere poteſt, affabilis humanitas vincit, imò feroces Leones beneficentia cicures reddit. Non ità tamen promiſcuè facultates ſuas profundit, ut ab invidis de prodigalitate reprehendi posſit, ſed illam ſervat Ciceronis Regulam: *non ità claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ità reſeranda, ut pateat omnibus.*

Lib. 2. Offic.

Inter reliqua beneficentiæ ſuæ monumenta maximè elucet, ſumptuoſa in arce Choltitzenſi pharmacopea, quæ præcipuas in Regno Boëmiæ medicamentorum officinas adæquat, & non paucas ſuperat. Tota illius ſtructura in tres potisſimùm partes eſt diſpertita. Principalem locum implet copioſa medicamentorum congeries, quæ in gratiosè exornatis repoſitorijs nitidè aſſervatur. Lateralium parietum ſuperficiem quæ pharmacorum receptaculis altior eſt, illuſtrant quatuor Elementorum myſticæ figuræ, *quæ per Salomonem à Cedro Libani usque ad hyſopum, quæ egreditur de pariete diſputantem*, ipſam terram denotant. Per *piſcinam Probaticam* Elementum aquæ repræſentant. Per Prophetam *Habacuc Angelico officio in capillo capitis ſui Babylonem translatum* Elementum aëris intelligi volunt. Per divum Paulum, qui viperam è digito pendulam ad flammas innoxiè excuſit, Elementum ignis oculis proponunt. Hujus medicinalis Officinæ fornix à perita cæmentarij manu gratiosè exornatus, diverſorum Sanctorum contrà præcipua morborum genera tutelarium, ſpectandas exhibet effigies, denotantes confugiendum eſſe ad divinum auxilium, ubi deficit humanum. Si de reliquo hujus pharmacopolij ſplendore loquamur, hoſpites, & advenæ tam præclarum opus cum ſummo guſtu intuentur. Si verò contentarum medicinarum copiam, & præſtantiam quis conſideret, amplitu-

3. Reg. 4.

Joan. 5.

Daniel. 14.

dinem

tate ſua, & beneficentiâ, etiam nobilisſima corda trahit, ut cordium magnes posſit appellari. Hæc affabilitas illi non rarò magna attulit emolumenta, nam frequenter animos, quos nec ferrum nec aurum movere poteſt, affabilis humanitas vincit, imò feroces Leones beneficentia cicures reddit. Non ità tamen promiſcuè facultates ſuas profundit, ut ab invidis de prodigalitate reprehendi posſit, ſed illam ſervat Ciceronis Regulam: *non ità claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ità reſeranda, ut pateat omnibus.*

Lib. 2. Offic.

Inter reliqua beneficentiæ ſuæ monumenta maximè elucet, ſumptuoſa in arce Choltitzenſi pharmacopea, quæ præcipuas in Regno Boëmiæ medicamentorum officinas adæquat, & non paucas ſuperat. Tota illius ſtructura in tres potisſimùm partes eſt diſpertita. Principalem locum implet copioſa medicamentorum congeries, quæ in gratiosè exornatis repoſitorijs nitidè aſſervatur. Lateralium parietum ſuperficiem quæ pharmacorum receptaculis altior eſt, illuſtrant quatuor Elementorum myſticæ figuræ, *quæ per Salomonem à Cedro Libani usque ad hyſopum, quæ egreditur de pariete diſputantem*, ipſam terram denotant. Per *piſcinam Probaticam* Elementum aquæ repræſentant. Per Prophetam *Habacuc Angelico officio in capillo capitis ſui Babylonem translatum* Elementum aëris intelligi volunt. Per divum Paulum, qui viperam è digito pendulam ad flammas innoxiè excuſit, Elementum ignis oculis proponunt. Hujus medicinalis Officinæ fornix à perita cæmentarij manu gratiosè exornatus, diverſorum Sanctorum contrà præcipua morborum genera tutelarium, ſpectandas exhibet effigies, denotantes confugiendum eſſe ad divinum auxilium, ubi deficit humanum. Si de reliquo hujus pharmacopolij ſplendore loquamur, hoſpites, & advenæ tam præclarum opus cum ſummo guſtu intuentur. Si verò contentarum medicinarum copiam, & præſtantiam quis conſideret, amplitu-

3. Reg. 4.

Joan. 5.

Daniel. 14.

dinem

dinem ſumptuum computando, tam piam fundatoris liberalitatem tacitus obſtupeſcet. Hæc apotheca non vulgari modo, & obviâ ſupelectile inſtructa eſt, ſed omnia ad rarum ſplendorem ſunt comparata. Vaſa etiam ordinarijs grandiora pro reponendis mellis, ſyrupis, electuarijs &c. aut ex Majorica ſunt allata, vel nitore ſuo hoc genus fictilium æmulantur. Ex conſimili gleba confectæ ſunt pyxides, quæ in ordinarijs pharmacorum officinis ex ligno conſtant. Ungventa, olea, axungiæ ſtanneis reconduntur vaſculis, intrinſecus munditiæ causâ vitro incluſæ. Subtiles ſpiritus, aquæ compoſitæ, utì & pretioſiores medicinæ, in vitreis continentur receptaculis, quibus titulus rei contentæ in ipſa ſubſtantia vitri artificioſo labore eſt inciſus. Radices & herbæ in ſcrinijs ordinatisſimè diſpoſitis obſervantur, in quarum extima facie earundem imagines vivacibus coloribus ſunt expreſſæ. Ultra hæc omnia in hac ſumptuoſa phamacopea præſto ſunt numeroſa inſtrumenta, operationibus chirurgicis pro exigentia caſûs neceſſaria. Denique longum foret ſingulas recenſere raritates hoc in loco viſibiles, quales ſunt Bezoar tam orientales, quàm occidentales, communem magnitudinem excedentes, item alij his ſimiles generati in Equo, Uro, Capicorno, rupicapra.

Præterea cornu Monocerotis cum maxilla, caput Capricorni, & mandibula Draconis, nec non complura alia miranda tum ex mari (inter quæ numerari meretur radicalis corallorum ſubſtantia) tum rariora ex diverſis mineralibus conquiſita naturæ opera univerſim curioſa ingenia plurimùm oblectant.

Secunda hujus fabricæ pars eſt laboratorium, cui de fornaculis chymicis, quas ars ſpagyrica requirit, ſufficienter eſt proviſum, in illo diverſorum monſtrorum marinorum Exuviæ è laqueari pendulæ curioſis oculis ſpectandæ exponuntur. Tandem tertia pars eſt deputata

dinem ſumptuum computando, tam piam fundatoris liberalitatem tacitus obſtupeſcet. Hæc apotheca non vulgari modo, & obviâ ſupelectile inſtructa eſt, ſed omnia ad rarum ſplendorem ſunt comparata. Vaſa etiam ordinarijs grandiora pro reponendis mellis, ſyrupis, electuarijs &c. aut ex Majorica ſunt allata, vel nitore ſuo hoc genus fictilium æmulantur. Ex conſimili gleba confectæ ſunt pyxides, quæ in ordinarijs pharmacorum officinis ex ligno conſtant. Ungventa, olea, axungiæ ſtanneis reconduntur vaſculis, intrinſecus munditiæ causâ vitro incluſæ. Subtiles ſpiritus, aquæ compoſitæ, utì & pretioſiores medicinæ, in vitreis continentur receptaculis, quibus titulus rei contentæ in ipſa ſubſtantia vitri artificioſo labore eſt inciſus. Radices & herbæ in ſcrinijs ordinatisſimè diſpoſitis obſervantur, in quarum extima facie earundem imagines vivacibus coloribus ſunt expreſſæ. Ultra hæc omnia in hac ſumptuoſa phamacopea præſto ſunt numeroſa inſtrumenta, operationibus chirurgicis pro exigentia caſûs neceſſaria. Denique longum foret ſingulas recenſere raritates hoc in loco viſibiles, quales ſunt Bezoar tam orientales, quàm occidentales, communem magnitudinem excedentes, item alij his ſimiles generati in Equo, Uro, Capicorno, rupicapra.

Præterea cornu Monocerotis cum maxilla, caput Capricorni, & mandibula Draconis, nec non complura alia miranda tum ex mari (inter quæ numerari meretur radicalis corallorum ſubſtantia) tum rariora ex diverſis mineralibus conquiſita naturæ opera univerſim curioſa ingenia plurimùm oblectant.

Secunda hujus fabricæ pars eſt laboratorium, cui de fornaculis chymicis, quas ars ſpagyrica requirit, ſufficienter eſt proviſum, in illo diverſorum monſtrorum marinorum Exuviæ è laqueari pendulæ curioſis oculis ſpectandæ exponuntur. Tandem tertia pars eſt deputata

pro cella ſubterranea, in qua tenerioris ſubſiſtentiæ medicamina ab omni injuria aëris illæſa conſervantur.

Sed quem in finem tam ſumptuoſus medicamentorum apparatus congeſtus eſt ? vehementer fallitur, qui turpis lucri gratiâ hoc opus erectum eſſe ſibi perſvadet. Intentionem exſtructoris declarat omnium oculis expoſitum Chronoſticon:

EXſtrVXIt MIſerIs ThVnana hIC gLorIa ſeDes.

Azylum hic eſt pauperum, locus refugij ægrotantium miſerabilium perſonarum. Pro illarum ſolatio, & auxilio Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Comes Romedius magnis expenſis hanc pharmacopeam erexit, illo animatus anagrammate quod ſuggerit *Romedius: Demus Iro.* In hoc loco pauper Irus medicinas petit, & gratis accipit, nulli enim mortalium pro minimo obolo hìc quidquam venditur, imò ad præcavendam medicamentorum pro pecunia diſtractionem, pharmacopola juramento gravi eſt obſtrictus.

Conſequens igitur eſt, in tanta morborum frequentia, per totius anni decurſum magnâ medicinarum quantitate hanc Apothecam evacuari, cum ex illa omnia dentur gratis, etiam ingratis. Ex quo colligere licèt accedente rerum omnium caritate, non mediocres annuè pro ſupplendis abſumptarum medicinarum defectibus expenſas fieri, quas liberali manu idem Excellentiſſimus benefactor de proprio in uſus pauperum ſubminiſtrat. Neque tamen exinde factus eſt pauperior, ſed potius in illo verificatum fuit, quod dixit S. Ambroſius: *Ditior fit Vir miſericors, poſtquam minus habere incipit.* Nam præter omnium tam bene quàm malè faventium, imò & propriam opinionem, ex verè fraterna, & irrefragabili ultima voluntate, ad augendam Thuniani nominis gloriam, ab Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Domino Michaele Oſvvaldo Comite de Thun (cujus memoria in benedictione ſit) omnium bonorum ſuorum allodialium univerſalis

Serm. 67.

hæ-

pro cella ſubterranea, in qua tenerioris ſubſiſtentiæ medicamina ab omni injuria aëris illæſa conſervantur.

Sed quem in finem tam ſumptuoſus medicamentorum apparatus congeſtus eſt ? vehementer fallitur, qui turpis lucri gratiâ hoc opus erectum eſſe ſibi perſvadet. Intentionem exſtructoris declarat omnium oculis expoſitum Chronoſticon:

EXſtrVXIt MIſerIs ThVnana hIC gLorIa ſeDes.

Azylum hic eſt pauperum, locus refugij ægrotantium miſerabilium perſonarum. Pro illarum ſolatio, & auxilio Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus Comes Romedius magnis expenſis hanc pharmacopeam erexit, illo animatus anagrammate quod ſuggerit *Romedius: Demus Iro.* In hoc loco pauper Irus medicinas petit, & gratis accipit, nulli enim mortalium pro minimo obolo hìc quidquam venditur, imò ad præcavendam medicamentorum pro pecunia diſtractionem, pharmacopola juramento gravi eſt obſtrictus.

Conſequens igitur eſt, in tanta morborum frequentia, per totius anni decurſum magnâ medicinarum quantitate hanc Apothecam evacuari, cum ex illa omnia dentur gratis, etiam ingratis. Ex quo colligere licèt accedente rerum omnium caritate, non mediocres annuè pro ſupplendis abſumptarum medicinarum defectibus expenſas fieri, quas liberali manu idem Excellentiſſimus benefactor de proprio in uſus pauperum ſubminiſtrat. Neque tamen exinde factus eſt pauperior, ſed potius in illo verificatum fuit, quod dixit S. Ambroſius: *Ditior fit Vir miſericors, poſtquam minus habere incipit.* Nam præter omnium tam bene quàm malè faventium, imò & propriam opinionem, ex verè fraterna, & irrefragabili ultima voluntate, ad augendam Thuniani nominis gloriam, ab Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Domino Michaele Oſvvaldo Comite de Thun (cujus memoria in benedictione ſit) omnium bonorum ſuorum allodialium univerſalis

Serm. 67.

hæ-

hæres eſt inſtitutus. O! quàm verè effatus eſt Divus Auguſtinus: *fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum.* Hujus rei confirmationem ſuggerit in hoc programmate ipſiſſimus *Romedius è Comitibus de Thun*, per ſequens anagramma: *Do! ô! Deus mihi centum tribues.* Retribuet illi Dominus non tantum centuplum, ſed inſuper adjiciet vitam æternam, quia juxtà ſapientisſimum mortalium Salomonem, *benefacit animæ ſuæ vir miſericors.* Denique benedictio Patris redundabit in amantisſimum filium illuſtrisſimum Dominum juniorem Romedium, nam *eleëmoſyna Patris non erit in oblivione, quia Deus proſpector eſt ejus, qui reddit gratiam, meminit impoſterum, & in tempore caſus inveniet firmamentum.*

de Verb. Dom.

Prov. 11.

Eccl. 3. ibidem.

Quàm prompto animo beneficam ergà turbas pauperum liberalitatem Celſisſimi Princis Joannis Erneſti è Comitibus de Thun Archi-Epiſcopi Salisburgenſis hoc loco dilaudarem, niſi ipſemet ſtyli mei pauperiem agnoſcens, potius lingvis pauperum loqui mallem quam oratorum. Dicam ergò quod cæteri inopes dicunt: illum eſſe patrem pauperum, ſuſtentatorem Viduarum & nutricium pupillorum. Dicam de illo: *manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Faxit Deus, ut notisſimum illud Aidani Epiſcopi de Rege Oſvvaldo etiam de Joanne de Erneſto verificetur propheticum votum: *nunquam hæc manus veteraſcat.*

Prov. 31.

Ex his omnibus facilè concluditur, beneficentiam familiæ Thunianæ immortale nomen, & nunquam interituram memoriam promereri: ſequitur enim ſapientiſſimum Mecænatis (ad Cæſarem) monitum ità conſulentis: *ſtatuas tibi neque aureas, neque argenteas fieri unquam ſine. Benefaciendo autem alias tibi ſtatuas in animis hominum nulli interitui obnoxias effice.* Profectò Comitibus de Thun in animis hominum jam erecta eſt ingens ſtatuarum multitudo; nullus fermè eſt mendicantium Religioſorum ordo, qui ab hac illuſtrisſima Familia aliquod beneficium

hæres eſt inſtitutus. O! quàm verè effatus eſt Divus Auguſtinus: *fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum.* Hujus rei confirmationem ſuggerit in hoc programmate ipſiſſimus *Romedius è Comitibus de Thun*, per ſequens anagramma: *Do! ô! Deus mihi centum tribues.* Retribuet illi Dominus non tantum centuplum, ſed inſuper adjiciet vitam æternam, quia juxtà ſapientisſimum mortalium Salomonem, *benefacit animæ ſuæ vir miſericors.* Denique benedictio Patris redundabit in amantisſimum filium illuſtrisſimum Dominum juniorem Romedium, nam *eleëmoſyna Patris non erit in oblivione, quia Deus proſpector eſt ejus, qui reddit gratiam, meminit impoſterum, & in tempore caſus inveniet firmamentum.*

de Verb. Dom.

Prov. 11.

Eccl. 3. ibidem.

Quàm prompto animo beneficam ergà turbas pauperum liberalitatem Celſisſimi Princis Joannis Erneſti è Comitibus de Thun Archi-Epiſcopi Salisburgenſis hoc loco dilaudarem, niſi ipſemet ſtyli mei pauperiem agnoſcens, potius lingvis pauperum loqui mallem quam oratorum. Dicam ergò quod cæteri inopes dicunt: illum eſſe patrem pauperum, ſuſtentatorem Viduarum & nutricium pupillorum. Dicam de illo: *manus ſuas aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* Faxit Deus, ut notisſimum illud Aidani Epiſcopi de Rege Oſvvaldo etiam de Joanne de Erneſto verificetur propheticum votum: *nunquam hæc manus veteraſcat.*

Prov. 31.

Ex his omnibus facilè concluditur, beneficentiam familiæ Thunianæ immortale nomen, & nunquam interituram memoriam promereri: ſequitur enim ſapientiſſimum Mecænatis (ad Cæſarem) monitum ità conſulentis: *ſtatuas tibi neque aureas, neque argenteas fieri unquam ſine. Benefaciendo autem alias tibi ſtatuas in animis hominum nulli interitui obnoxias effice.* Profectò Comitibus de Thun in animis hominum jam erecta eſt ingens ſtatuarum multitudo; nullus fermè eſt mendicantium Religioſorum ordo, qui ab hac illuſtrisſima Familia aliquod beneficium

non accepiſſet. Pro qua tamen beneficentia nihil aliud recepit, nisì magnum *DEO gratias.* Satis eſt! ſatis eſt! Comites Illuſtrisſimi, non poſſunt Chriſti pauperes magìs eſſe grati, quàm dicendo: *DEO gratias.* Hinc proclamat S. Auguſtinus: *quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm DEO gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi grandius, nec agi fructuoſius, poteſt.*

Epiſt. 37. ad Paulin.

Sunt Comites de Thun benedicti per benefacta,
Nam benedictus homo, qui benefecit, erit.
Divinus Judex benedictos quando vocabit,
Qui fuerit de Thun hic benedictus erit.

DIGRESSIO III.

Quid eſt Dives Avarus.



Ppoſita juxta ſe poſita magìs eluceſcunt. Illuſtriſſimæ Familiæ de Thun beneficentia, & liberalitas me curioſum reddit de oppoſito, & inquirere facit, quid ſit Dives Avarus? A veritate minimè aberrabo, ſi dixero, quod ſit auritus Midas aſininis condecoratus auriculis, quæ juxta phyſiognomiæ leges ſtultum denotant. Favet huic aſſerto Ariſtoteles dicens: *divitiæ nihil aliud ſunt, quàm felix amentia.* Dives avarus *cæcus eſt*, nam auri fulgor illi viſum eripuit. Avari juxtà S. Chryſoſtomum: *febri laborant*, juxtà Maximum Monachum ſunt *Hydropici, quo magis bibunt, magìs ſitiunt*, ac tam

Chryſoſt. Hom. 21. in Matth.

Idem Hom. 52.

non accepiſſet. Pro qua tamen beneficentia nihil aliud recepit, nisì magnum *DEO gratias.* Satis eſt! ſatis eſt! Comites Illuſtrisſimi, non poſſunt Chriſti pauperes magìs eſſe grati, quàm dicendo: *DEO gratias.* Hinc proclamat S. Auguſtinus: *quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm DEO gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi grandius, nec agi fructuoſius, poteſt.*

Epiſt. 37. ad Paulin.

Sunt Comites de Thun benedicti per benefacta,
Nam benedictus homo, qui benefecit, erit.
Divinus Judex benedictos quando vocabit,
Qui fuerit de Thun hic benedictus erit.

DIGRESSIO III.

Quid eſt Dives Avarus.



Ppoſita juxta ſe poſita magìs eluceſcunt. Illuſtriſſimæ Familiæ de Thun beneficentia, & liberalitas me curioſum reddit de oppoſito, & inquirere facit, quid ſit Dives Avarus? A veritate minimè aberrabo, ſi dixero, quod ſit auritus Midas aſininis condecoratus auriculis, quæ juxta phyſiognomiæ leges ſtultum denotant. Favet huic aſſerto Ariſtoteles dicens: *divitiæ nihil aliud ſunt, quàm felix amentia.* Dives avarus *cæcus eſt*, nam auri fulgor illi viſum eripuit. Avari juxtà S. Chryſoſtomum: *febri laborant*, juxtà Maximum Monachum ſunt *Hydropici, quo magis bibunt, magìs ſitiunt*, ac tam

Chryſoſt. Hom. 21. in Matth.

Idem Hom. 52.

tam pretiosa siti torquentur, ut non nisi auro potabili mitigari possit. Dives avarus in summis divitijs pauperrimus est. Esto totum mundum possideat, adhuc teste S. Ambrosio: *toto mundo eget.* Avarus Iro est pauperior, quia ut argutè loquitur Seneca: *Inopiæ multa desunt: avaritiæ omnia.* Hujus miseriæ rationem adfert: S. Hieronymus: *quia avaro tam deest quod habet, quàm quod non habet.* Avarus est generis humani osor, quia quod alter habet, sibi deesse putat: optaret omnes homines mori, ut in bona illorum ab intestato succedere posset, imò ùt Sanctus testatur Augustinus: *Avarus vellet nullum hominem esse, ut omnia solus possideret.* Avarus est occisor sui, quia juxtà eundem subtilissimum doctorem, *antequam lucretur, se ipsum perdit: antequam aliquid capiat, capitur.* Infernus, & avarus sibi sunt simillimi. Ex inferno, & avari marsupio nulla speranda est redemptio. Avarus & infernus nunquam implentur. Proinde idem Hipponensis Episcopus rectè effatus est: *Avarus vir inferno est similis qui nunquam dicit: sufficit.* Quid est avarus? homo sceleratissimus, hoc enim prædicato illum contaminat Ecclesiasticus dicens: *Avaro nihil est, sceleratius.*

De Naboth. c. 12.

Lib. de moribus.

ad Paulin. L. 1. Epist. 2.

In Serm.

Idem ibid.

in Epist.

Cap. 10.

Quod verissimum esse agnovit Democritus Ethnicus Philosophus, qui avaritiam *Metropolim vitiorum* appellavit. Proclamat iterum Ecclesiasticus: *nihil est iniquius, quàm amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet.* *Auri sacra fames quid non mortalia cogis pectora!* Avarus mortiferâ peste infectus est, de qua Seneca ad Helvid: ità scribit: *Avaritia vehementissima generis humani pestis.* Magna tamen inter pestiferum & avarum intercedit discrepantia. Ille enim à carbunculis suis optat liberari, hic verò carbunculos suos inter gemmas custodit. Avarus non est homo, sed arca, nam de illo ità loquitur Seneca: *Magnam pecuniam habet: hominem illum judicas? Arca est. Iste, quem Dominum pecuniæ existimas, loculus est.* Avarus quandoque magnus *Dominus* intitulatur. Fortasis ideo Domi-

ibid.

Virg. 3. Æneid.

tam pretiosa siti torquentur, ut non nisi auro potabili mitigari possit. Dives avarus in summis divitijs pauperrimus est. Esto totum mundum possideat, adhuc teste S. Ambrosio: *toto mundo eget.* Avarus Iro est pauperior, quia ut argutè loquitur Seneca: *Inopiæ multa desunt: avaritiæ omnia.* Hujus miseriæ rationem adfert: S. Hieronymus: *quia avaro tam deest quod habet, quàm quod non habet.* Avarus est generis humani osor, quia quod alter habet, sibi deesse putat: optaret omnes homines mori, ut in bona illorum ab intestato succedere posset, imò ùt Sanctus testatur Augustinus: *Avarus vellet nullum hominem esse, ut omnia solus possideret.* Avarus est occisor sui, quia juxtà eundem subtilissimum doctorem, *antequam lucretur, se ipsum perdit: antequam aliquid capiat, capitur.* Infernus, & avarus sibi sunt simillimi. Ex inferno, & avari marsupio nulla speranda est redemptio. Avarus & infernus nunquam implentur. Proinde idem Hipponensis Episcopus rectè effatus est: *Avarus vir inferno est similis qui nunquam dicit: sufficit.* Quid est avarus? homo sceleratissimus, hoc enim prædicato illum contaminat Ecclesiasticus dicens: *Avaro nihil est, sceleratius.*

De Naboth. c. 12.

Lib. de moribus.

ad Paulin. L. 1. Epist. 2.

In Serm.

Idem ibid.

in Epist.

Cap. 10.

Quod verissimum esse agnovit Democritus Ethnicus Philosophus, qui avaritiam *Metropolim vitiorum* appellavit. Proclamat iterum Ecclesiasticus: *nihil est iniquius, quàm amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet.* *Auri sacra fames quid non mortalia cogis pectora!* Avarus mortiferâ peste infectus est, de qua Seneca ad Helvid: ità scribit: *Avaritia vehementissima generis humani pestis.* Magna tamen inter pestiferum & avarum intercedit discrepantia. Ille enim à carbunculis suis optat liberari, hic verò carbunculos suos inter gemmas custodit. Avarus non est homo, sed arca, nam de illo ità loquitur Seneca: *Magnam pecuniam habet: hominem illum judicas? Arca est. Iste, quem Dominum pecuniæ existimas, loculus est.* Avarus quandoque magnus *Dominus* intitulatur. Fortasis ideo Domi-

ibid.

Virg. 3. Æneid.

nus, quia illi convenit, *do minus*: revera tamen est Servus. Hunc mellifluus doctor ita alloquitnr: *conformaris crumenæ tuæ, tanquam Servus Dominæ suæ. Tu crescente tuo marsupio, crescis pariter animo, & cum decrescente, decrescis.* Avarus est dives putatitius, est Dominus fictitius, est beatus imaginarius. Divitias habet in sua phantasia, Dominium in concavo Lunæ, beatitudinem in spatijs imaginarijs. Avarus non est dives, quia divitias servat, nam juxtà Clementem Alexandrinum: *Non qui habet & servat, sed qui impertit dives est.* Aureè de auro loquitur S. Chrysostomus. *Dives est, non qui multa possidet, sed quimulta expendit.* Unde ex hoc capite rursum titulum Domini amittit, sententiam ferente sancto Hieronymo dum ait: *qui divitiarum Servus est, divitias custodit ùt Servus, qui autem servitutis jugum discusserit, distribuit eas ùt Dominus.* Avarus execrabilis est idololatra, quia numum tanquam Numen colit, ac dicit cum Ephraim: *dives effectus sum, inveni Idolum mihi.* Hinc Doctor Gentium avaritiam appellavit *idolorum servitutem.* Proinde avarus vitulum, esto, vitam non habeat, dummodo sit aureus, honorat. Avarus statuam Nabuchodonosoris, esto careat vitali aurâ dummodo plena sit auro, tanquam DEUM viventem adorat. Verbo: apud avaros articulus fidei est, aureis numis plurimùm Numinis inesse. Sed apage cum idolo tuo avare sceleſtissime. Divitias quidem te habere putas, sed vide, nè tu habearis ab illis, nè divitiæ tuæ non sint, sed tu illarum, acutè te perstringit ingeniosissimus stylus Augustini: *Post te debet ire aurum, non tu post aurum. Si malus es, is post aurum, si bonus es, it post te. Tu ducis, non duceris; Tu possides, non possideris.* Denique dives avarus minimè beatus est, sed cum pauperibus æqualiter miser. Malè bibit, malè comedit, malè dormit. Et quomodo inter tot mala stare potest beatitudo? *Avari* inquit S. Ambrosius *divites quidem sunt: sed pœnam pauperum patiuntur.* Et quomodo erunt beati, qui pœnas patiuntur?

Super cantica.

L. 3. Pædagog.

In Matth.

Osee. 12.

Coloss. 3.

Serm. 155. de Divers.

de Cain & Abel.

nus, quia illi convenit, *do minus*: revera tamen est Servus. Hunc mellifluus doctor ita alloquitnr: *conformaris crumenæ tuæ, tanquam Servus Dominæ suæ. Tu crescente tuo marsupio, crescis pariter animo, & cum decrescente, decrescis.* Avarus est dives putatitius, est Dominus fictitius, est beatus imaginarius. Divitias habet in sua phantasia, Dominium in concavo Lunæ, beatitudinem in spatijs imaginarijs. Avarus non est dives, quia divitias servat, nam juxtà Clementem Alexandrinum: *Non qui habet & servat, sed qui impertit dives est.* Aureè de auro loquitur S. Chrysostomus. *Dives est, non qui multa possidet, sed quimulta expendit.* Unde ex hoc capite rursum titulum Domini amittit, sententiam ferente sancto Hieronymo dum ait: *qui divitiarum Servus est, divitias custodit ùt Servus, qui autem servitutis jugum discusserit, distribuit eas ùt Dominus.* Avarus execrabilis est idololatra, quia numum tanquam Numen colit, ac dicit cum Ephraim: *dives effectus sum, inveni Idolum mihi.* Hinc Doctor Gentium avaritiam appellavit *idolorum servitutem.* Proinde avarus vitulum, esto, vitam non habeat, dummodo sit aureus, honorat. Avarus statuam Nabuchodonosoris, esto careat vitali aurâ dummodo plena sit auro, tanquam DEUM viventem adorat. Verbo: apud avaros articulus fidei est, aureis numis plurimùm Numinis inesse. Sed apage cum idolo tuo avare sceleſtissime. Divitias quidem te habere putas, sed vide, nè tu habearis ab illis, nè divitiæ tuæ non sint, sed tu illarum, acutè te perstringit ingeniosissimus stylus Augustini: *Post te debet ire aurum, non tu post aurum. Si malus es, is post aurum, si bonus es, it post te. Tu ducis, non duceris; Tu possides, non possideris.* Denique dives avarus minimè beatus est, sed cum pauperibus æqualiter miser. Malè bibit, malè comedit, malè dormit. Et quomodo inter tot mala stare potest beatitudo? *Avari* inquit S. Ambrosius *divites quidem sunt: sed pœnam pauperum patiuntur.* Et quomodo erunt beati, qui pœnas patiuntur?

Super cantica.

L. 3. Pædagog.

In Matth.

Osee. 12.

Coloss. 3.

Serm. 155. de Divers.

de Cain & Abel.

tur? ſi avare ſcire deſideras, quid ſit beatitudo? Sanctum auſculta Auguſtinum ſic pronuntiantem. *Beatus eſt qui omnia habet quæ vult, & nihil mali vult.* Avarus verò omnia vult, & non habet omnia, quia teſte Horatio *ſemper Avarus eget.* Beatus nihil mali vult, ſed Avarus nihil vult boni. Avarus enim ſemper vult pecunias: hunc Maximus Tyrius Philoſophus ità alloquitur. *Opes petis? noli Deos obtundere, nihil boni petis!* Conſequens igitur eſt Divitem Avarum non poſſe dici beatum, quia nec habet omnia quæ vult, nec quidquam boni vult. Si tamen non nemo foret, qui dives eſſe vellet, illius voto facilè ſatisfacerem, ſi conſilio meo ſeſe accomodaret. Huic ergò ſvadeo, ut ſuo contentus vivat, nec ſuperflua deſideret, quia juxtà Senecam, *maximæ ſunt divitiæ, non deſiderare divitias.* Si hoc præſtiterit, pauper non erit; nam ut idem ait Philoſophus: *pauper non eſt qui minus habet, ſed qui plus cupit.* Denique compendioſisſimam hujus Ethnici ſapientis ſequatur Regulam, quam Lucilio ita præſcribit: *breviſſima ad divitias per contemptum divitiarum eſt via.* Quod ſi fortaſſis, quempiam ſuperi amplisſimis divitijs cumulârunt: duo maximè caveat: *non uſum, & abuſum.* Oſtendat ſe talem eſſe Virum, qualem vult idem Seneca dum ait: *Divitiæ apud ſapientem virum in ſervitute ſunt, apud ſtultum in imperio.* Hactenus ſordidisſimum Evclionem avaritiæ mancipium exagitavi. Nunc eundem in laudabilisſima inſtruam avaritia. O avare lucri cupidisſime! verbis te S. Auguſtini alloquor: *Attende quid faciat fœnerator: certè vult minus dare, & plus accipere. Hoc fac & tu. Da modica, accipe magna, da temporàlia, accipe æterna, da terram, accipe Cælum.*

Lib. de moribus.

Epiſt. 16. ad Lucil.

Epiſt. 68.

Cap. 16. de vita beata.

In Pſal. 36.

Prodigio miro, quæcunque impendimus Iro,
Non ea perdemus, licèt illi ſingula demus.
Omnia conſervat, bona qui ſibi nulla reſervat,
Et nil conſervat, bona qui ſibi cuncta reſervat.

tur? ſi avare ſcire deſideras, quid ſit beatitudo? Sanctum auſculta Auguſtinum ſic pronuntiantem. *Beatus eſt qui omnia habet quæ vult, & nihil mali vult.* Avarus verò omnia vult, & non habet omnia, quia teſte Horatio *ſemper Avarus eget.* Beatus nihil mali vult, ſed Avarus nihil vult boni. Avarus enim ſemper vult pecunias: hunc Maximus Tyrius Philoſophus ità alloquitur. *Opes petis? noli Deos obtundere, nihil boni petis!* Conſequens igitur eſt Divitem Avarum non poſſe dici beatum, quia nec habet omnia quæ vult, nec quidquam boni vult. Si tamen non nemo foret, qui dives eſſe vellet, illius voto facilè ſatisfacerem, ſi conſilio meo ſeſe accomodaret. Huic ergò ſvadeo, ut ſuo contentus vivat, nec ſuperflua deſideret, quia juxtà Senecam, *maximæ ſunt divitiæ, non deſiderare divitias.* Si hoc præſtiterit, pauper non erit; nam ut idem ait Philoſophus: *pauper non eſt qui minus habet, ſed qui plus cupit.* Denique compendioſisſimam hujus Ethnici ſapientis ſequatur Regulam, quam Lucilio ita præſcribit: *breviſſima ad divitias per contemptum divitiarum eſt via.* Quod ſi fortaſſis, quempiam ſuperi amplisſimis divitijs cumulârunt: duo maximè caveat: *non uſum, & abuſum.* Oſtendat ſe talem eſſe Virum, qualem vult idem Seneca dum ait: *Divitiæ apud ſapientem virum in ſervitute ſunt, apud ſtultum in imperio.* Hactenus ſordidisſimum Evclionem avaritiæ mancipium exagitavi. Nunc eundem in laudabilisſima inſtruam avaritia. O avare lucri cupidisſime! verbis te S. Auguſtini alloquor: *Attende quid faciat fœnerator: certè vult minus dare, & plus accipere. Hoc fac & tu. Da modica, accipe magna, da temporàlia, accipe æterna, da terram, accipe Cælum.*

Lib. de moribus.

Epiſt. 16. ad Lucil.

Epiſt. 68.

Cap. 16. de vita beata.

In Pſal. 36.

Prodigio miro, quæcunque impendimus Iro,
Non ea perdemus, licèt illi ſingula demus.
Omnia conſervat, bona qui ſibi nulla reſervat,
Et nil conſervat, bona qui ſibi cuncta reſervat.

S. ROMEDIUS.

Peregrinus coram Domino. 1. Paral. 29.

Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sap. 3.

SPiritus ſancti gratia neſcit tarda molimina. Hæc Romedium ad limina Apoſtolorum, & ſepulchra Martyrum Romæ viſitanda permovit. Oſtendit ille ſe nobilis indolis hominem eſſe, peregrinas provincias viſitando. Sed longè præſantiori fine, & meliore fructu, quàm non rarò illuſtriſimæ familiæ ſoleant peregrè proficiſci. Opinantur illæ ex eo quod ſint illuſtriſimæ cum illuſtriſimo planetarum ſole ſibi peregrinandum eſſe: minimè perpendentes quod ſolem non ingenuitas, ſed neceſſitas, quotidie faciat vagabundum. Dum ſolem imitari ſtatuunt timendum habent, nè cum eodem non tantùm in diverſa Zodiaci monſtra, ſed etiam totius mundi portenta incidant, & cum hoc illuſtriſimo ſidere ſuas quoque contrahant vitiorum maculas, & probitatis incurrant Eclipſim; vel quod funeſtius eſt, ambientes eſſe Solis filij Phaëtontem imitati, in præceps corruant, & tam acerbo funere non tantùm Sororibus ſuis, ſed etiam toti familiæ lachrymas exprimant, non fabulosè in electrum convertendas. O! quàm multi poſt tot de viſitatis provincijs clamores, nil aliud domum referunt, nisi *amores* & *mores*. Amores inquam illicitos

L. 2. Metamorph.

S. ROMEDIUS.

Peregrinus coram Domino. 1. Paral. 29.

Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sap. 3.

SPiritus ſancti gratia neſcit tarda molimina. Hæc Romedium ad limina Apoſtolorum, & ſepulchra Martyrum Romæ viſitanda permovit. Oſtendit ille ſe nobilis indolis hominem eſſe, peregrinas provincias viſitando. Sed longè præſantiori fine, & meliore fructu, quàm non rarò illuſtriſimæ familiæ ſoleant peregrè proficiſci. Opinantur illæ ex eo quod ſint illuſtriſimæ cum illuſtriſimo planetarum ſole ſibi peregrinandum eſſe: minimè perpendentes quod ſolem non ingenuitas, ſed neceſſitas, quotidie faciat vagabundum. Dum ſolem imitari ſtatuunt timendum habent, nè cum eodem non tantùm in diverſa Zodiaci monſtra, ſed etiam totius mundi portenta incidant, & cum hoc illuſtriſimo ſidere ſuas quoque contrahant vitiorum maculas, & probitatis incurrant Eclipſim; vel quod funeſtius eſt, ambientes eſſe Solis filij Phaëtontem imitati, in præceps corruant, & tam acerbo funere non tantùm Sororibus ſuis, ſed etiam toti familiæ lachrymas exprimant, non fabulosè in electrum convertendas. O! quàm multi poſt tot de viſitatis provincijs clamores, nil aliud domum referunt, nisi *amores* & *mores*. Amores inquam illicitos

L. 2. Metamorph.

Pag: 38.

C



Joan: Stegr del:

M: Riuola Sculp:

Pag: 38.

C



Joan: Stegr del:

M: Riuola Sculp:

citos & mores depravatos, ac tadem poſt diſſipatas peregrè RES DOMESTICAS dolenter exclamant O! RES! Non pauci volunt videre Mundum, ſed parùm mundi in illo conſpiciunt: meliùs eis fuiſſet ſi *avertiſſent oculos nè videant vanitatem.* Nimis enim periculoſum eſt videre, quod non licet concupiſcere. Nec rari ſunt qui peregrinatum vadunt, ut frequentare poſſint Principum Aulas, quibus caulas adiſſe longè ſalubrius fuiſſet. Talis peregrini perſonam non induit Romedius. Non adivit Aulas Regum, ſed longè ſaniori conſilio ſepulchra Martyrum, de quibus aureum os Chryſoſtomi ità loquitur: *Servorum crucifixi ſepulchra, regijs aulis ſunt clariora.* Non trivit ſæcularium Principum limina, ſed Principum Apoſtolorum. Ad peregrinandum nulla curioſitate inductus eſt, ſed curâ ſalutis, quæ maxima animæ curioſitas fuit. Non deſideravit Romedius converſari cum exteris vivis, ſed mortuis, ideoque profectus eſt ad mortuos Martyres, qui tamen vivunt in Chriſto. A mortuis diſcere voluit, in Chriſto vivere, & mori pro Chriſto. Proinde reſolvit ſe Romedius cum Paulo Apoſtolo dicente: *Oportet mè & Romam videre.* Hanc igitur Sanctam aggreſſus peregrinationem, comites aſſumpſit Abraham & David, optimæ ſpei & probatæ nobilitatis adoleſcentes; & rectè quidem ad ſcopum propoſitum, ambo enim peregrinationis myſterium ſuis exprimebant nominibus, quia Patriarchæ Abrahamo dictum eſt à Deo: *egredere de terra tua & de cognatione tua.* David autem pſaltes Regius de ſe ipſo canit: *Advena ego ſum apud Te & peregrinus ſicut omnes Patres mei.* Profectò hæc ſociorum nomina Romedio bona exhibuerunt omina, *David* enim & *Abraham* præſagiebant: Romedium futurum *David virum ſecundùm cor Dei, ad ſinum Abrahæ* olim deportandum. In hac peregrinatione talem ſe geſſit Romedius, qualem commendant aurea Chryſoſtomi verba dicentis: *Prima virtus eſt, & tota virtus eſt, peregrinum eſſe mundi hujus, & hoſpitem, & nihil*

Iſal. 118.

Hom. 66. ad popul. Antioch.

Act. 19.

Geneſ. 12.

Pſal. 38.

1. Reg. 13.

citos & mores depravatos, ac tadem poſt diſſipatas peregrè RES DOMESTICAS dolenter exclamant O! RES! Non pauci volunt videre Mundum, ſed parùm mundi in illo conſpiciunt: meliùs eis fuiſſet ſi *avertiſſent oculos nè videant vanitatem.* Nimis enim periculoſum eſt videre, quod non licet concupiſcere. Nec rari ſunt qui peregrinatum vadunt, ut frequentare poſſint Principum Aulas, quibus caulas adiſſe longè ſalubrius fuiſſet. Talis peregrini perſonam non induit Romedius. Non adivit Aulas Regum, ſed longè ſaniori conſilio ſepulchra Martyrum, de quibus aureum os Chryſoſtomi ità loquitur: *Servorum crucifixi ſepulchra, regijs aulis ſunt clariora.* Non trivit ſæcularium Principum limina, ſed Principum Apoſtolorum. Ad peregrinandum nulla curioſitate inductus eſt, ſed curâ ſalutis, quæ maxima animæ curioſitas fuit. Non deſideravit Romedius converſari cum exteris vivis, ſed mortuis, ideoque profectus eſt ad mortuos Martyres, qui tamen vivunt in Chriſto. A mortuis diſcere voluit, in Chriſto vivere, & mori pro Chriſto. Proinde reſolvit ſe Romedius cum Paulo Apoſtolo dicente: *Oportet mè & Romam videre.* Hanc igitur Sanctam aggreſſus peregrinationem, comites aſſumpſit Abraham & David, optimæ ſpei & probatæ nobilitatis adoleſcentes; & rectè quidem ad ſcopum propoſitum, ambo enim peregrinationis myſterium ſuis exprimebant nominibus, quia Patriarchæ Abrahamo dictum eſt à Deo: *egredere de terra tua & de cognatione tua.* David autem pſaltes Regius de ſe ipſo canit: *Advena ego ſum apud Te & peregrinus ſicut omnes Patres mei.* Profectò hæc ſociorum nomina Romedio bona exhibuerunt omina, *David* enim & *Abraham* præſagiebant: Romedium futurum *David virum ſecundùm cor Dei, ad ſinum Abrahæ* olim deportandum. In hac peregrinatione talem ſe geſſit Romedius, qualem commendant aurea Chryſoſtomi verba dicentis: *Prima virtus eſt, & tota virtus eſt, peregrinum eſſe mundi hujus, & hoſpitem, & nihil*

Iſal. 118.

Hom. 66. ad popul. Antioch.

Act. 19.

Geneſ. 12.

Pſal. 38.

1. Reg. 13.

nihil commune habere cum rebus hujus ſæculi, ſed removeri ab
Geneſ. 47. *eis ſicut peregrinum.* Dies vitæ noſtræ ſunt *dies peregrinationis noſtræ* quamdiu verſamur in vita, commoramur in via, viatores ſumus, quia nondum comprehenſores. Eleganter hoc declarat D. Anſelmus ità ſcribens: *Vita præſens via eſt: nam quamdiu vivit homo, non facit nisi* IRE. *Semper enim aut aſcendit, aut deſcendit. Aut aſcendit ad Cælum, aut deſcendit ad infernum. Cum facit aliquod bonum opus, facit unum paſſum aſcendendo. Cùm verò aliquo modo peccat, facit*
ad Hebr. 13. *unum paſſum deſcendendo.* Quamdiu ſumus in vita *non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.* Quamdiu anima noſtra ineſt corpori, non in proprio domicilio, ſed diverſorio moratur. Agnovit id ipſum Oratorum Ethnicorum facundiſſimus & penè Chriſtianus concio-
Cicer. de Senectute. nator, dum ait: *Commorandi nobis natura diverſorium, non habitandi dedit, ex ipſa vita diſcedendum eſt, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo.* Hæc graviſſima ſententia calamo meo occaſionem præbuit ſequentibus verſibus ludendi.

Hoſpitium eſt mundus, pernox eſt quisque viator,
Et propriâ gaudet nullus in orbe domo.
Quisquis in orbe domi ſe ſtultè judicat eſſe:
Deſipit; ac omnes non habet ille domi.

Hanc humanæ peregrinationis conditionem profundâ meditatione perpendens Romedius, eô facilius omnes Romani itineris moleſtias æquo animo tulit; conſiderans omnem hominem eſſe viatorem. Inter ferventiſſimos ſolis æſtus toto corpore in ſudorem reſolutus, verè dicere potuit Romedius anagrammaticè *Mirè ſudo.* Liceat ſudanti acclamare: Vade bonis avibus Romedi! Deus enim Te alio nominis tui anagrammate ſolatur. *I. Sudo-*
Apocal. 7. *rem* tibi abſterget Deus qui *abſtergit etiam omnem lachrymam ab oculis* Sanctorum. Superatis omnibus viarum difficultatibus tandem feliciter urbem attigit ſepticollem,

ubi

nihil commune habere cum rebus hujus ſæculi, ſed removeri ab
Geneſ. 47. *eis ſicut peregrinum.* Dies vitæ noſtræ ſunt *dies peregrinationis noſtræ* quamdiu verſamur in vita, commoramur in via, viatores ſumus, quia nondum comprehenſores. Eleganter hoc declarat D. Anſelmus ità ſcribens: *Vita præſens via eſt: nam quamdiu vivit homo, non facit nisi* IRE. *Semper enim aut aſcendit, aut deſcendit. Aut aſcendit ad Cælum, aut deſcendit ad infernum. Cum facit aliquod bonum opus, facit unum paſſum aſcendendo. Cùm verò aliquo modo peccat, facit*
ad Hebr. 13. *unum paſſum deſcendendo.* Quamdiu ſumus in vita *non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.* Quamdiu anima noſtra ineſt corpori, non in proprio domicilio, ſed diverſorio moratur. Agnovit id ipſum Oratorum Ethnicorum facundiſſimus & penè Chriſtianus concio-
Cicer. de Senectute. nator, dum ait: *Commorandi nobis natura diverſorium, non habitandi dedit, ex ipſa vita diſcedendum eſt, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo.* Hæc graviſſima ſententia calamo meo occaſionem præbuit ſequentibus verſibus ludendi.

Hoſpitium eſt mundus, pernox eſt quisque viator,
Et propriâ gaudet nullus in orbe domo.
Quisquis in orbe domi ſe ſtultè judicat eſſe:
Deſipit; ac omnes non habet ille domi.

Hanc humanæ peregrinationis conditionem profundâ meditatione perpendens Romedius, eô facilius omnes Romani itineris moleſtias æquo animo tulit; conſiderans omnem hominem eſſe viatorem. Inter ferventiſſimos ſolis æſtus toto corpore in ſudorem reſolutus, verè dicere potuit Romedius anagrammaticè *Mirè ſudo.* Liceat ſudanti acclamare: Vade bonis avibus Romedi! Deus enim Te alio nominis tui anagrammate ſolatur. *I. Sudo-*
Apocal. 7. *rem* tibi abſterget Deus qui *abſtergit etiam omnem lachrymam ab oculis* Sanctorum. Superatis omnibus viarum difficultatibus tandem feliciter urbem attigit ſepticollem,

ubi

ubi ſacrata Martyrum ſepulchra ardentiſſima pietate veneratus, tam profundâ reverentiâ ſe ante illa proſtravit, quaſi vivus cum ijsdem ſeſe tumulare vellet. Tam copioſos effudit lachrymarum imbres, quaſi ex cineribus & oſſibus Martyrum raram Palingeneſiam, ſeu artem reſuſcitandi herbas ex cineribus ſuis exercere deſideraret, conformiter ad illud Prophetæ vaticinium: *Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.* Denique tam affectuoſis ſuſpirijs, & emphaticis orationibus ſanctos in Domino requieſcentes alloquebatur, tanquam totam cæleſtem curiam pro auditorio haberet. *Iſai. 66.*

Sed quæret forſitan curioſus ac politicus viator, quis amor, præ cæteris in toto orbe à ſanctitate famoſis locis, Romedium Romam traxerit? certè non alius nisi ipſa Roma quæ anagrammaticè verſa, eſt *Amor.* Roma eſt ſingularis reſidentia Spiritûs ſancti qui *Amor* vocatur. A Roma amorem divinum participare voluit, iam ubi eſt Roma ibi eſt Amor divinus, *uſque ad conſumationem ſæculi.* Ex *Roma* anagrammaticè fit *Mora.* Moratur in cathedra Petri *Spiritus veritatis:* hìc toti orbi lectiones ſuas proponit Doctor infallibilis, de quo firmiſſimè dici poteſt, *Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Proinde Romedius ſpiritum mendacij hæreticos poſſidentem oppugnaturus, hanc Cathedram acceſſit, excepturus meras propoſitiones *æternæ veritatis.* *Roma* anagrammaticè dicit *Armo.* Quia eſt armamentarium Spiritûs ſancti *mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium.* Pugnaturus igitur contra hoſtes Eccleſiæ Romedius, hoc armamentarium adivit, ex illo deſumpturus *gladium Spiritûs, ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, & galeam ſalutis.* *Romæ* anagrammaticè fit ſimilis *Ramo*, & quidem olivæ: ſacro illius oleô unguntur Reges, & ſummi Sacerdotes. Ex hoc ramo olivæ ſtillat *oleum Sapientiæ* quo carent fatuæ Virgines hæreſeos Morpheo conſopitæ. Hunc Ramum olivæ acceſſit Romedius, *Oleô Sapientiæ* lampadem ſuam repletu- *Joan. 14.* *Matth. 22.* *Cant. 4.* *Epheſ. 6.*

ubi ſacrata Martyrum ſepulchra ardentiſſima pietate veneratus, tam profundâ reverentiâ ſe ante illa proſtravit, quaſi vivus cum ijsdem ſeſe tumulare vellet. Tam copioſos effudit lachrymarum imbres, quaſi ex cineribus & oſſibus Martyrum raram Palingeneſiam, ſeu artem reſuſcitandi herbas ex cineribus ſuis exercere deſideraret, conformiter ad illud Prophetæ vaticinium: *Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.* Denique tam affectuoſis ſuſpirijs, & emphaticis orationibus ſanctos in Domino requieſcentes alloquebatur, tanquam totam cæleſtem curiam pro auditorio haberet. *Iſai. 66.*

Sed quæret forſitan curioſus ac politicus viator, quis amor, præ cæteris in toto orbe à ſanctitate famoſis locis, Romedium Romam traxerit? certè non alius nisi ipſa Roma quæ anagrammaticè verſa, eſt *Amor.* Roma eſt ſingularis reſidentia Spiritûs ſancti qui *Amor* vocatur. A Roma amorem divinum participare voluit, iam ubi eſt Roma ibi eſt Amor divinus, *uſque ad conſumationem ſæculi.* Ex *Roma* anagrammaticè fit *Mora.* Moratur in cathedra Petri *Spiritus veritatis:* hìc toti orbi lectiones ſuas proponit Doctor infallibilis, de quo firmiſſimè dici poteſt, *Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Proinde Romedius ſpiritum mendacij hæreticos poſſidentem oppugnaturus, hanc Cathedram acceſſit, excepturus meras propoſitiones *æternæ veritatis.* *Roma* anagrammaticè dicit *Armo.* Quia eſt armamentarium Spiritûs ſancti *mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium.* Pugnaturus igitur contra hoſtes Eccleſiæ Romedius, hoc armamentarium adivit, ex illo deſumpturus *gladium Spiritûs, ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, & galeam ſalutis.* *Romæ* anagrammaticè fit ſimilis *Ramo*, & quidem olivæ: ſacro illius oleô unguntur Reges, & ſummi Sacerdotes. Ex hoc ramo olivæ ſtillat *oleum Sapientiæ* quo carent fatuæ Virgines hæreſeos Morpheo conſopitæ. Hunc Ramum olivæ acceſſit Romedius, *Oleô Sapientiæ* lampadem ſuam repletu- *Joan. 14.* *Matth. 22.* *Cant. 4.* *Epheſ. 6.*

pleturus. Roma eſt caput mundi, Romæ degit caput Eccleſiæ. Romæ Domicilium fixit Vicarius Chriſti, quem ut exactius conſideraret à capite uſque ad calcem, ad pedes illius ſe proſternens Romedius, eoſdem humili oſculo eſt veneratus. Demiſit Romedius caput ad pedes Domini Apoſtolici, vel ut ſervo ſervorum Dei profundiſſima inclinatione inſerviret, ſatìs altè ſe aſcendiſſe reputans, ſi capite ſuo ad pedes illius qui caput eſt Eccleſiæ pertingeret, & tam ſublime caput in pedibus honoraret. Vel ut ſancta curioſitate ductus videret quàm *ſpecioſi ſint pedes* Rom. 10. *Evangelizantium bona.* Vel ut ſacra veſtigia acuratiùs notaret, iísque conſtanter inhærendo, nunquam à via veritatis aberraret. Vel ut oſtenderet ſe non eſſe hominem proprij capitis, ſed illud ſe ad pedes ſummi Paſtoris deponere, & intellectum in obſequium fidei captivare. Denique Deum honorans in Vicario ſuo, illius pedes intimo pietatis affectu religiosè eſt exoſculatus, quaſi (ùt proverbialiter dicitur) ſi poſſibile foret, ipſi Deo præ devotionis fervore pedes abmordere voluiſſet. Hæc Catholicæ ſubmiſſionis conteſtatio merita eſt, ut pro veneratione pedum ſummus Pontifex ſacras manus elevaret, & pro oſculis, os aperiret ad benedicendum.

Benedixit igitur Romedio Beatiſſimus Pater, quem pro filio ſuo agnovit Eccleſia mater. Benedixit illi tanquam Pater Iſaac filio ſuo Jacob, *de rore Cæli.* Nec ſinè Geneſ. 27. notabili effectu eidem Sanctiſſimus Pater Benedixit, quia per tot *ſæcula memoria ejus in benedictione eſt.* Hujus be- Eccli. 45. nedictionis radix humilitas fuit, *Deus enim ſuperbis reſiſtit,* Jacob. 4. *humilibus autem dat gratiam.* Rident quidem hanc Catholicam ſubmiſſionem typhô ſuperbiæ inflati hæretici, & ſpiritu nequam repleti pſevdopolitici Atheiſtæ, tanquam abjectionem nimis ſervilem, & ancillarem. Sed ſpreto illorum cachinno quilibet fidelis catholicus huic ſuperbæ Micholi cum Davide reſpondeat: *Vilior fiam plùs quàm fa-* 2. Reg. 6. *ctus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus*

pleturus. Roma eſt caput mundi, Romæ degit caput Eccleſiæ. Romæ Domicilium fixit Vicarius Chriſti, quem ut exactius conſideraret à capite uſque ad calcem, ad pedes illius ſe proſternens Romedius, eoſdem humili oſculo eſt veneratus. Demiſit Romedius caput ad pedes Domini Apoſtolici, vel ut ſervo ſervorum Dei profundiſſima inclinatione inſerviret, ſatìs altè ſe aſcendiſſe reputans, ſi capite ſuo ad pedes illius qui caput eſt Eccleſiæ pertingeret, & tam ſublime caput in pedibus honoraret. Vel ut ſancta curioſitate ductus videret quàm *ſpecioſi ſint pedes* Rom. 10. *Evangelizantium bona.* Vel ut ſacra veſtigia acuratiùs notaret, iísque conſtanter inhærendo, nunquam à via veritatis aberraret. Vel ut oſtenderet ſe non eſſe hominem proprij capitis, ſed illud ſe ad pedes ſummi Paſtoris deponere, & intellectum in obſequium fidei captivare. Denique Deum honorans in Vicario ſuo, illius pedes intimo pietatis affectu religiosè eſt exoſculatus, quaſi (ùt proverbialiter dicitur) ſi poſſibile foret, ipſi Deo præ devotionis fervore pedes abmordere voluiſſet. Hæc Catholicæ ſubmiſſionis conteſtatio merita eſt, ut pro veneratione pedum ſummus Pontifex ſacras manus elevaret, & pro oſculis, os aperiret ad benedicendum.

Benedixit igitur Romedio Beatiſſimus Pater, quem pro filio ſuo agnovit Eccleſia mater. Benedixit illi tanquam Pater Iſaac filio ſuo Jacob, *de rore Cæli.* Nec ſinè Geneſ. 27. notabili effectu eidem Sanctiſſimus Pater Benedixit, quia per tot *ſæcula memoria ejus in benedictione eſt.* Hujus be- Eccli. 45. nedictionis radix humilitas fuit, *Deus enim ſuperbis reſiſtit,* Jacob. 4. *humilibus autem dat gratiam.* Rident quidem hanc Catholicam ſubmiſſionem typhô ſuperbiæ inflati hæretici, & ſpiritu nequam repleti pſevdopolitici Atheiſtæ, tanquam abjectionem nimis ſervilem, & ancillarem. Sed ſpreto illorum cachinno quilibet fidelis catholicus huic ſuperbæ Micholi cum Davide reſpondeat: *Vilior fiam plùs quàm fa-* 2. Reg. 6. *ctus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus*

locuta es, glorioſior apparebo. Qui vult à DEO habere reſpectum, non curet humanum reſpectum, fiat humilis, ille enim *humilia reſpicit in Cœlo & in terra.* Concludo verbis ſancti Iſidori. *Eſto parvus in oculis tuis, ut ſis magnus in oculis DEI.*

Pſal. 112.

In Synonim.

Unde ſuperbis homo, cùm tellus ſit tua mater?
Cur propriam matrem ſpernis, & alta petis?
Ut caveas caſum, charam non deſere matrem,
Qui ſedet in terra, non habet unde cadat.

DOMUS AARON.

Pſalm. 113.

Gloria Eccleſiaſtica Domus Thuniana.

GLorioſi ſunt Thuniadæ tanquam *filij Aaron in Gloria ſua.* Proinde collata S. Romedio Papalis benedictio latiſſimum campum aperuit de hac gloria, bene dicendi: Si enim juxta Salomonem *benedictio patrum firmat Domos*, certè Domus Thuniana à ſummis Eccleſiæ Patribus toties benedicta, à ſucceſſoribus Petri in dignitate Eccleſiaſtica fundata fuit ſupra firmam Petram. Prævenit hanc benedictam familiam altiſſimus in *benedictionibus dulcedinis* & ſvavitatis. Famæ Thunianæ bonus odor, *factus eſt quaſi odor agri pleni cui be-*

Eccli. 50.

Eccli. 3.

Iſai. 20.

locuta es, glorioſior apparebo. Qui vult à DEO habere reſpectum, non curet humanum reſpectum, fiat humilis, ille enim *humilia reſpicit in Cœlo & in terra.* Concludo verbis ſancti Iſidori. *Eſto parvus in oculis tuis, ut ſis magnus in oculis DEI.*

Pſal. 112.

In Synonim.

Unde ſuperbis homo, cùm tellus ſit tua mater?
Cur propriam matrem ſpernis, & alta petis?
Ut caveas caſum, charam non deſere matrem,
Qui ſedet in terra, non habet unde cadat.

DOMUS AARON.

Pſalm. 113.

Gloria Eccleſiaſtica Domus Thuniana.

GLorioſi ſunt Thuniadæ tanquam *filij Aaron in Gloria ſua.* Proinde collata S. Romedio Papalis benedictio latiſſimum campum aperuit de hac gloria, bene dicendi: Si enim juxta Salomonem *benedictio patrum firmat Domos*, certè Domus Thuniana à ſummis Eccleſiæ Patribus toties benedicta, à ſucceſſoribus Petri in dignitate Eccleſiaſtica fundata fuit ſupra firmam Petram. Prævenit hanc benedictam familiam altiſſimus in *benedictionibus dulcedinis* & ſvavitatis. Famæ Thunianæ bonus odor, *factus eſt quaſi odor agri pleni cui be-*

Eccli. 50.

Eccli. 3.

Iſai. 20.

2. Cor. 2. *nedixit Dominus.* Geneſ. 27. Facti ſunt Thuniadæ *bonus odor Chriſti.* Nam inter celeberrimarum Germaniæ Eccleſiarum illuſtres Canonicos aſſumpti, exemplari ſua converſatione tanquam veri filij Aaron, obtulerunt holocauſta *in odorem ſuaviſſimum Domino.* Dedit illuſtriſſima hæc familia complures celeberrimis Eccleſijs Brixienſi, Tridentinæ, Paſſavienſi, & Salisburgenſi, Canonicos, & inter hos Simonen, nec non Sigismundum Tridenti, & Joannem, Antonium Salisburgi Decanos. Hi ſentatiſſimi Decani, per canam ſuam prudentiam oſtenderunt ſe plurimum habuiſſe de canis illis, quos ſapiens recenſet dicens: *Cani autem ſunt ſenſus hominis.* Si canæ ſapientiæ candor æquat lilia in Decanis, etiam ceruleus antiſtitum color, Violas in Epiſcopis ſuperabit. Enimverò protulit benedictus Thuniadum campus tam copioſas Epiſcoporum Violas, ut illuſtriſſima hæc familia jure merito poſſit Seminarium Epiſcoporum appellari. Ex illa prodierunt non pauci Epiſcopi Eccleſiarum Baſileenſis, Brixienſis, Tridentinæ, Seckovvienſis, Gurgcenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis. Tot Eccleſiarum non parvus numerus veriſimile facit, ſi cælum inſulas plueret majorem earum partem in capita Thuniana delapſuram. Fulſit annis ſuperioribus inſulâ Brixienſi & Tridentinâ Alphonſus è Comitibus de Thun, raris condecoratus virtutibus Antiſtes. Floret etiam nunc hodie inter Epiſcopales Violas Rudolphus Comes à Thun Epiſcopus & Princeps Seckovvienſis, vir ad magna natus, cui animitùs exopto, ut olim ex Epiſcopali viola fiat roſa, & violaceum paludamentum tranſeat in purpuram. Magna hæc eſt nobiliſſimæ hujus Domûs benedictio; tam copioſos in illa reperiri Viros à Sede Apoſtolica benedictos. Summè tamen ſplendorem illius auget Archi-Epiſcopatûs Salisburgenſis Sedes; quam *tres* Thuniadæ gloriosè occupârunt. Grande in Germania Salisburgenſis Eccleſiæ decus eſt, magna gloria & ſingularis præeminentia Eccleſiaſti-

Num. 28.

Sap. 4.

Ex Annal. Hartman.

2. Cor. 2. *nedixit Dominus.* Geneſ. 27. Facti ſunt Thuniadæ *bonus odor Chriſti.* Nam inter celeberrimarum Germaniæ Eccleſiarum illuſtres Canonicos aſſumpti, exemplari ſua converſatione tanquam veri filij Aaron, obtulerunt holocauſta *in odorem ſuaviſſimum Domino.* Dedit illuſtriſſima hæc familia complures celeberrimis Eccleſijs Brixienſi, Tridentinæ, Paſſavienſi, & Salisburgenſi, Canonicos, & inter hos Simonen, nec non Sigismundum Tridenti, & Joannem, Antonium Salisburgi Decanos. Hi ſentatiſſimi Decani, per canam ſuam prudentiam oſtenderunt ſe plurimum habuiſſe de canis illis, quos ſapiens recenſet dicens: *Cani autem ſunt ſenſus hominis.* Si canæ ſapientiæ candor æquat lilia in Decanis, etiam ceruleus antiſtitum color, Violas in Epiſcopis ſuperabit. Enimverò protulit benedictus Thuniadum campus tam copioſas Epiſcoporum Violas, ut illuſtriſſima hæc familia jure merito poſſit Seminarium Epiſcoporum appellari. Ex illa prodierunt non pauci Epiſcopi Eccleſiarum Baſileenſis, Brixienſis, Tridentinæ, Seckovvienſis, Gurgcenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis. Tot Eccleſiarum non parvus numerus veriſimile facit, ſi cælum inſulas plueret majorem earum partem in capita Thuniana delapſuram. Fulſit annis ſuperioribus inſulâ Brixienſi & Tridentinâ Alphonſus è Comitibus de Thun, raris condecoratus virtutibus Antiſtes. Floret etiam nunc hodie inter Epiſcopales Violas Rudolphus Comes à Thun Epiſcopus & Princeps Seckovvienſis, vir ad magna natus, cui animitùs exopto, ut olim ex Epiſcopali viola fiat roſa, & violaceum paludamentum tranſeat in purpuram. Magna hæc eſt nobiliſſimæ hujus Domûs benedictio; tam copioſos in illa reperiri Viros à Sede Apoſtolica benedictos. Summè tamen ſplendorem illius auget Archi-Epiſcopatûs Salisburgenſis Sedes; quam *tres* Thuniadæ gloriosè occupârunt. Grande in Germania Salisburgenſis Eccleſiæ decus eſt, magna gloria & ſingularis præeminentia Eccleſiaſti-

Num. 28.

Sap. 4.

Ex Annal. Hartman.

siasticæ authoritatis. Etenim propter rarum in divinis peragendis decorem, propter incomparabilem Archiantistitis pontificantis splendorem, propter specialissimas Archi-Præsuli Salisburgensi à Sede Apostolica concessas prærogativas, & singularem Ecclesiasticæ potestatis participationem, Archi-Episcopus Salisburgensis (si salvâ Sedis Apostolicæ reverentiâ, & authoritate ità loqui licet) est ens Papale per participationem. Unde si fulgidissimus Sedis Apostolicæ splendor aliquam posset sui umbram spargere : huic assimilaretur Ecclesia Salisburgensis. Et si Pontifex summus ac Sacerdos maximus, posset admittere aliquod diminutivum, non ineptè vocaretur Archi-Episcopus Salisburgensis, cum subordinatione, parvus in Germania Papa. Si hic titulus scrupulosis forsitan auribus non arridet, saltem negari non potest, quod Salisburgensis Archi-Antistes in Alemannia præ reliquis Episcopis obtineat primas, cùm sit Germaniæ Primas. Cum veritate asseverari potest quod sit Principũ Princeps, cùm Principes creet, & inter principes suas habeat creaturas. Ad tam sublimem, jam ante sæcula evectus est dignitatem (ùt testatur Hartmannus) Rudolphus de Thun, cujus vestigia hoc nostro sæculo secuti sunt Germani Fratres Gvidobaldus, & Joannes Ernestus Comites de Thun, Salisburgensi tiara similiter condecorati, & valde congruè accidit, quòd duo Germani Fratres, facti sint Germaniæ Primates, ut quos progenitoris sangvis fecit Germanos, eosdem propria virtus efficeret Primates Germaniæ. Nec stitit Gvidobaldus in tam sublimi honoris apice, sed ubi alij finem fecerunt progrediendi, inde sumpsit altius ascendendi initium. Hoc habent magni animi ad altiora nati, igneæ sunt naturæ, semper sunt in motu, semper sursum tendunt, nec ab hoc conatu cessant, donec perveniant ad locum sibi coñaturalem. Contulit Gvidobaldo Deus dotes eminentes, proinde inter Eminentissimos reponendas. Splendebant in illo vir-

In Annal. Erem. Einsidlensis.

siasticæ authoritatis. Etenim propter rarum in divinis peragendis decorem, propter incomparabilem Archiantistitis pontificantis splendorem, propter specialissimas Archi-Præsuli Salisburgensi à Sede Apostolica concessas prærogativas, & singularem Ecclesiasticæ potestatis participationem, Archi-Episcopus Salisburgensis (si salvâ Sedis Apostolicæ reverentiâ, & authoritate ità loqui licet) est ens Papale per participationem. Unde si fulgidissimus Sedis Apostolicæ splendor aliquam posset sui umbram spargere : huic assimilaretur Ecclesia Salisburgensis. Et si Pontifex summus ac Sacerdos maximus, posset admittere aliquod diminutivum, non ineptè vocaretur Archi-Episcopus Salisburgensis, cum subordinatione, parvus in Germania Papa. Si hic titulus scrupulosis forsitan auribus non arridet, saltem negari non potest, quod Salisburgensis Archi-Antistes in Alemannia præ reliquis Episcopis obtineat primas, cùm sit Germaniæ Primas. Cum veritate asseverari potest quod sit Principũ Princeps, cùm Principes creet, & inter principes suas habeat creaturas. Ad tam sublimem, jam ante sæcula evectus est dignitatem (ùt testatur Hartmannus) Rudolphus de Thun, cujus vestigia hoc nostro sæculo secuti sunt Germani Fratres Gvidobaldus, & Joannes Ernestus Comites de Thun, Salisburgensi tiara similiter condecorati, & valde congruè accidit, quòd duo Germani Fratres, facti sint Germaniæ Primates, ut quos progenitoris sangvis fecit Germanos, eosdem propria virtus efficeret Primates Germaniæ. Nec stitit Gvidobaldus in tam sublimi honoris apice, sed ubi alij finem fecerunt progrediendi, inde sumpsit altius ascendendi initium. Hoc habent magni animi ad altiora nati, igneæ sunt naturæ, semper sunt in motu, semper sursum tendunt, nec ab hoc conatu cessant, donec perveniant ad locum sibi coñaturalem. Contulit Gvidobaldo Deus dotes eminentes, proinde inter Eminentissimos reponendas. Splendebant in illo vir-

In Annal. Erem. Einsidlensis.

tutes non vulgares, ſed quatuor Cardinales, ideoque ad Collegium Cardinalium tanquam ad centrum tendebant.

1. Petr. 2. Agnovit Vicarius Regis regum qui *Regale* tenet *Sacerdotium*, egregias, & penè regias in Gvidobaldo dotes: proinde veſtitum purpurâ ſedere juſſit inter Eccleſiæ Proceres *Regibus pares*. Confirmavit ſummus ſacerdotum Princeps in Gvidobaldo ſpiritum Principalem, creavitque illum Sac: Rom: Eccleſiæ Cardinalem, *Principibus Superiorem*. Quantum hic Princeps Familiæ Thunianæ contulerit ſplendorem, illi ſolùm non vident, qui invident, nec effrontes ob reverentiam Eminentiſſimæ purpuræ erubeſcunt.

Magna ſanè eſt hæc Thuniadum gloria, ſi illorum radij ſeparatim conſiderentur, ſed multò illuſtrior, ſi ſpectentur conjunctim; vis enim unita fortior. Omni certè admiratione digna fuit hæc conjunctura, quòd præteritis ſæculis quatuor fratres de Familia Thuniana orbis viderit, in ſummis dignitatibus conſtitutos. Primum Conradum Abbatem & Principem Einſidlenſem, ſecundum Henricum Epiſcopum Baſileæ, Tertium Rudolphum Archi-Epiſcopum Salisburgenſem; Et quartum Græciæ Imperatorem. Renovata etiam eſt hoc ſæculo Comitum de Thun tanquam fortunatorum Planetarum felix conjunctio, omni profectò memoriâ digna ac prorſus ſingularis. Videlicet ex uno fortunatiſſimo Parente Joanne Sigismundo Comite de Thun, tria illuſtriſſimorum filiorum capita, ſeptenis Sacrarum dignitatum infulis condecorata fuiſſe. Quibus coronam addidit purpureus galerus Guidobaldi. Adeò in eadem Domo virtus & felicitas pulchra æmulatione inter ſe commiſſæ certabant, illáne meritorum, an iſta honorum cumulis ſuperaret. Maximis Eccleſiaſticæ gloriæ radijs etiã hodie Illuſtriſsimam hanc familiam illuminat Celſisſimus Princeps JOANNES ERNESTUS, quod bonum, felix fauſtum fortunatumque ac diuturnum ſit, tiarâ Salisburgenſi coronatus.

Hartm. in Annalibus Eremi. Item Pirch: Pincius Hiſt. Trident. Burlech.

Metzger in Hiſt. Salisburg.

tutes non vulgares, ſed quatuor Cardinales, ideoque ad Collegium Cardinalium tanquam ad centrum tendebant.

1. Petr. 2. Agnovit Vicarius Regis regum qui *Regale* tenet *Sacerdotium*, egregias, & penè regias in Gvidobaldo dotes: proinde veſtitum purpurâ ſedere juſſit inter Eccleſiæ Proceres *Regibus pares*. Confirmavit ſummus ſacerdotum Princeps in Gvidobaldo ſpiritum Principalem, creavitque illum Sac: Rom: Eccleſiæ Cardinalem, *Principibus Superiorem*. Quantum hic Princeps Familiæ Thunianæ contulerit ſplendorem, illi ſolùm non vident, qui invident, nec effrontes ob reverentiam Eminentiſſimæ purpuræ erubeſcunt.

Magna ſanè eſt hæc Thuniadum gloria, ſi illorum radij ſeparatim conſiderentur, ſed multò illuſtrior, ſi ſpectentur conjunctim; vis enim unita fortior. Omni certè admiratione digna fuit hæc conjunctura, quòd præteritis ſæculis quatuor fratres de Familia Thuniana orbis viderit, in ſummis dignitatibus conſtitutos. Primum Conradum Abbatem & Principem Einſidlenſem, ſecundum Henricum Epiſcopum Baſileæ, Tertium Rudolphum Archi-Epiſcopum Salisburgenſem; Et quartum Græciæ Imperatorem. Renovata etiam eſt hoc ſæculo Comitum de Thun tanquam fortunatorum Planetarum felix conjunctio, omni profectò memoriâ digna ac prorſus ſingularis. Videlicet ex uno fortunatiſſimo Parente Joanne Sigismundo Comite de Thun, tria illuſtriſſimorum filiorum capita, ſeptenis Sacrarum dignitatum infulis condecorata fuiſſe. Quibus coronam addidit purpureus galerus Guidobaldi. Adeò in eadem Domo virtus & felicitas pulchra æmulatione inter ſe commiſſæ certabant, illáne meritorum, an iſta honorum cumulis ſuperaret. Maximis Eccleſiaſticæ gloriæ radijs etiã hodie Illuſtriſsimam hanc familiam illuminat Celſisſimus Princeps JOANNES ERNESTUS, quod bonum, felix fauſtum fortunatumque ac diuturnum ſit, tiarâ Salisburgenſi coronatus.

Hartm. in Annalibus Eremi. Item Pirch: Pincius Hiſt. Trident. Burlech.

Metzger in Hiſt. Salisburg.

tus. Hunc Celsissimum Principem dum nomino, in unam personam concentro radios gloriæ Thunianæ. Repræsentatur in JOANNE ERNESTO totius Familiæ decus, comparent plures glorioſi Thuniadæ, dum ille unus aſpicitur, & totius ſtemmatis laus in uno JOANNE compendiatur. Vivunt in illo majores ſui, quos in ſe redivivos repræſentat, omnes intra ſe colligit, & illis ſe ipſum ſuperaddit, ac prædeceſſorum ſuorum ſpiritus ſublimis in JOANNE reviviſcit. Speciali benedictione beavit illum Dominus virtutum, ità ut illi nulla virtus deeſſe videatur, nec facilè ſit, determinatum ferre judicium, quænam in illo magis emineat, cùm omnes ſint eminentes, olim futuræ utì in Gvidobaldo Eminentisſimæ. Hoc me præſagire facit ex programmate *Joannes Erneſtus è Comitibus de Thun Archi-Epiſcopus Salisburgenſis* transpoſito literarum ordine tale emergens anagramma: *Venis Princeps, geſtes honores Cardinalis, hoc unus Beatiſſimus jubet.* Præcellere tamen videtur in illo præ cæteris dotibus ſumma animi benignitas & affabilitas, omnem ſuperans Charitum ſvavitatem. Hæc illum facit omnibus amabilem, unde non fruſtrà dictus eſt JOANNES, id eſt gratia. Quapropter amabiliſſimo Principi ſic acclamo: ad multos annos! ad paucos annos! ad multos annos! multa abſolve ſæcula, & à nullo abſolvaris. Ad paucos annos! ut licèt multis vixeris ſæculis, nihilominus clientibus tuis videantur *dies pauci præ amoris magnitudine.* Ad multos annos! ille Tibi Celsisſime Princeps ſit dies ultimus, qui mundo futurus eſt extremus. Ad paucos annos! videantur Clientibus Tuis *milleni vitæ tuæ anni, tanquam dies heſterna, quæ præterijt.* Ad multos annos! verificetur ex hoc programmate: *Joannes Erneſtus è Comitibus de Thun* tale prodiens anagramma: *Ens vivens dabit honorem ſenectutis.*

Geneſ. 29.

Pſal. 29.

Qui non multa facit, ſed tantùm plurima garrit,
Hic nullo *magnus* jure vocandus erit.
Eſt domus hæc de Thun, facit in re plurima, magnos
Inde Sacerdotes procreat iſta Domus.

DI-

tus. Hunc Celsissimum Principem dum nomino, in unam personam concentro radios gloriæ Thunianæ. Repræsentatur in JOANNE ERNESTO totius Familiæ decus, comparent plures glorioſi Thuniadæ, dum ille unus aſpicitur, & totius ſtemmatis laus in uno JOANNE compendiatur. Vivunt in illo majores ſui, quos in ſe redivivos repræſentat, omnes intra ſe colligit, & illis ſe ipſum ſuperaddit, ac prædeceſſorum ſuorum ſpiritus ſublimis in JOANNE reviviſcit. Speciali benedictione beavit illum Dominus virtutum, ità ut illi nulla virtus deeſſe videatur, nec facilè ſit, determinatum ferre judicium, quænam in illo magis emineat, cùm omnes ſint eminentes, olim futuræ utì in Gvidobaldo Eminentisſimæ. Hoc me præſagire facit ex programmate *Joannes Erneſtus è Comitibus de Thun Archi-Epiſcopus Salisburgenſis* transpoſito literarum ordine tale emergens anagramma: *Venis Princeps, geſtes honores Cardinalis, hoc unus Beatiſſimus jubet.* Præcellere tamen videtur in illo præ cæteris dotibus ſumma animi benignitas & affabilitas, omnem ſuperans Charitum ſvavitatem. Hæc illum facit omnibus amabilem, unde non fruſtrà dictus eſt JOANNES, id eſt gratia. Quapropter amabiliſſimo Principi ſic acclamo: ad multos annos! ad paucos annos! ad multos annos! multa abſolve ſæcula, & à nullo abſolvaris. Ad paucos annos! ut licèt multis vixeris ſæculis, nihilominus clientibus tuis videantur *dies pauci præ amoris magnitudine.* Ad multos annos! ille Tibi Celsisſime Princeps ſit dies ultimus, qui mundo futurus eſt extremus. Ad paucos annos! videantur Clientibus Tuis *milleni vitæ tuæ anni, tanquam dies heſterna, quæ præterijt.* Ad multos annos! verificetur ex hoc programmate: *Joannes Erneſtus è Comitibus de Thun* tale prodiens anagramma: *Ens vivens dabit honorem ſenectutis.*

Geneſ. 29.

Pſal. 29.

Qui non multa facit, ſed tantùm plurima garrit,
Hic nullo *magnus* jure vocandus erit.
Eſt domus hæc de Thun, facit in re plurima, magnos
Inde Sacerdotes procreat iſta Domus.

DI-

DIGRESSIO IV.

Quid eſt Oſculum?



Sculum, quod Romedius Sacris ſummi Pontificis pedibus fixit, pennam meam movet ad ſcribendum de oſculis. De quibus dum calamus meus ſcribit, diducto quaſi roſtro chartam candidam tanquam charam amaſiam deoſculatur; & quotefformat literas, tot in illa relinquit erudita veſtigia oſculorum. Oſculi ſumma eſt antiquitas, & tanta varietas, quanta eſt diverſitas animorum. Oſculum tam vetus eſt, ut non poſſit eô aliquid eſſe antiquius, nam eſt ab æterno. Oſculatus fuit ab æterno Pater Filium, & Filius Patrem, & hoc ipſiſſimum oſculum eſt Spiritus ſanctus. De hoc Divino oſculo ita diſſerit melliſluus Doctor: *Illa Gignentis, Genitique dilectio, quid nisi Oſculum ſuaviſſimum eſt. Si igitur ſe invicem oſculantur Pater & Filius, quid eſt eorum Oſculum nisi Spiritus Sanctus?* Procedit ab his duobus, Spiritus unus, halitus Oris, evaporatio cordis, gemini amantis oſculum unum. Pater & Filius quieſcunt in oſculo, & ambo ceſſarent eſſe, ſi ceſſarent ſe oſculari. Non contiſe oſculum intra Divina, ſed etiam demiſit ſe ad humana, dum Filius DEI *propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & Homo factus eſt. O! felix oſculum!* exclamat S. Bernardus, *& ſtupendâ dignatione mirabile,*

Serm. 8. in Cant.

Serm. 89. de diverſ.

Symbol. fidei.

Serm. 2. in Cant.

DIGRESSIO IV.

Quid eſt Oſculum?



Sculum, quod Romedius Sacris ſummi Pontificis pedibus fixit, pennam meam movet ad ſcribendum de oſculis. De quibus dum calamus meus ſcribit, diducto quaſi roſtro chartam candidam tanquam charam amaſiam deoſculatur; & quotefformat literas, tot in illa relinquit erudita veſtigia oſculorum. Oſculi ſumma eſt antiquitas, & tanta varietas, quanta eſt diverſitas animorum. Oſculum tam vetus eſt, ut non poſſit eô aliquid eſſe antiquius, nam eſt ab æterno. Oſculatus fuit ab æterno Pater Filium, & Filius Patrem, & hoc ipſiſſimum oſculum eſt Spiritus ſanctus. De hoc Divino oſculo ita diſſerit melliſluus Doctor: *Illa Gignentis, Genitique dilectio, quid nisi Oſculum ſuaviſſimum eſt. Si igitur ſe invicem oſculantur Pater & Filius, quid eſt eorum Oſculum nisi Spiritus Sanctus?* Procedit ab his duobus, Spiritus unus, halitus Oris, evaporatio cordis, gemini amantis oſculum unum. Pater & Filius quieſcunt in oſculo, & ambo ceſſarent eſſe, ſi ceſſarent ſe oſculari. Non contiſe oſculum intra Divina, ſed etiam demiſit ſe ad humana, dum Filius DEI *propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & Homo factus eſt. O! felix oſculum!* exclamat S. Bernardus, *& ſtupendâ dignatione mirabile,*

Serm. 8. in Cant.

Serm. 89. de diverſ.

Symbol. fidei.

Serm. 2. in Cant.

le, in quo non os ori imprimitur, ſed DEUS homini unitur. Ineffabile hoc eſt oſculum, quando *miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Proceſſit DEI Filius *tanquam Sponſus de Thalamo ſuo*, cujus ardentiſſimo amore capta Sponſa in canticis ità modulatur: *oſculetur me oſculô oris ſui.* Quale hoc ſit oſculum, explicat idem Melliſluus Doctor ità ſcribens: *Hoc oſculum non eſt conjunctio labiorum, ſed planè infuſio gaudiorum.* Divina hæc ſunt oſcula, nunc tranſeo ad humana. Oſculum in humanis ſignum eſt benevolentiæ & humanitatis, quod dum de more gentis hoſpiti advenienti cum ſalutatione offertur; quisquis illud accipis memento te eſſe hominem, & vide nè nimiùm factus humanus aliquid humani patiaris, & dum os ori admoves, os tuum ad durum os impingat, quod ſibi ablatum eſſe Adamus fatetur dicens: *hoc os ex oſſibus meis.* Per oſculum reverentia & ſubmiſſio declaratur. Servi oſculô honorant Dominum, & oſculô filij parentes ſuos amorosè venerantur. O! fidelis anima, DEUS eſt Dominus, & Pater tuus, ille à te oſculô honorandus eſt. Sequere igitur monitum Salviani & oſculare *pedes illius, quaſi ancilla, manus quaſi Alumna, os quaſi filia.* Nè ille tibi dicat exprobando: *Filius honorat patrem, & ſervus Dominum ſuum, ſi ergo pater ego ſum: ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?* Oſculum ſignum eſt amoroſæ reconciliationis. O! peccator miſerrime, qui totam animæ tuæ ſubſtantiam *tanquam filius prodigus cum meretricibus abſumſiſti*, ab unico hoc oſculo tota pendet æternitas! Expectat reducem clementiſſimus Pater, brachia expandit, ut te pœnitentem amplectatur: revertere, revertere, & ad oſculum Patris feſtinanter recurre. *DEUS magne!* (exclamat Sidonius) *quàm lætus tibi orietur dies, cùm paternis pedibus affuſus, ex illo ore læſo, ore terribili convitium expectans: oſculum exceperis.* Oſculum juxta S. Ambroſium *eſt pignus charitatis.* De hoc ità ſcribit Doctor gentium: *ſalutate invicem in oſculo ſancto.* Hoc oſculum,

Iſal. 84.
Iſal. 12.
Cant. 1.
Serm. 2. in Cant.
Geneſ. 2.
Epiſt. ad Pallad. Malachias.
Luc. 15.
Epiſt. 23. ad Procul.
Lib. 6. in Lucam.
Rom. 16.

le, in quo non os ori imprimitur, ſed DEUS homini unitur. Ineffabile hoc eſt oſculum, quando *miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Proceſſit DEI Filius *tanquam Sponſus de Thalamo ſuo*, cujus ardentiſſimo amore capta Sponſa in canticis ità modulatur: *oſculetur me oſculô oris ſui.* Quale hoc ſit oſculum, explicat idem Melliſluus Doctor ità ſcribens: *Hoc oſculum non eſt conjunctio labiorum, ſed planè infuſio gaudiorum.* Divina hæc ſunt oſcula, nunc tranſeo ad humana. Oſculum in humanis ſignum eſt benevolentiæ & humanitatis, quod dum de more gentis hoſpiti advenienti cum ſalutatione offertur; quisquis illud accipis memento te eſſe hominem, & vide nè nimiùm factus humanus aliquid humani patiaris, & dum os ori admoves, os tuum ad durum os impingat, quod ſibi ablatum eſſe Adamus fatetur dicens: *hoc os ex oſſibus meis.* Per oſculum reverentia & ſubmiſſio declaratur. Servi oſculô honorant Dominum, & oſculô filij parentes ſuos amorosè venerantur. O! fidelis anima, DEUS eſt Dominus, & Pater tuus, ille à te oſculô honorandus eſt. Sequere igitur monitum Salviani & oſculare *pedes illius, quaſi ancilla, manus quaſi Alumna, os quaſi filia.* Nè ille tibi dicat exprobando: *Filius honorat patrem, & ſervus Dominum ſuum, ſi ergo pater ego ſum: ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?* Oſculum ſignum eſt amoroſæ reconciliationis. O! peccator miſerrime, qui totam animæ tuæ ſubſtantiam *tanquam filius prodigus cum meretricibus abſumſiſti*, ab unico hoc oſculo tota pendet æternitas! Expectat reducem clementiſſimus Pater, brachia expandit, ut te pœnitentem amplectatur: revertere, revertere, & ad oſculum Patris feſtinanter recurre. *DEUS magne!* (exclamat Sidonius) *quàm lætus tibi orietur dies, cùm paternis pedibus affuſus, ex illo ore læſo, ore terribili convitium expectans: oſculum exceperis.* Oſculum juxta S. Ambroſium *eſt pignus charitatis.* De hoc ità ſcribit Doctor gentium: *ſalutate invicem in oſculo ſancto.* Hoc oſculum,

Iſal. 84.
Iſal. 12.
Cant. 1.
Serm. 2. in Cant.
Geneſ. 2.
Epiſt. ad Pallad. Malachias.
Luc. 15.
Epiſt. 23. ad Procul.
Lib. 6. in Lucam.
Rom. 16.

lum, inquit S. Auguſtinus: *Non fit oris attactu, ſed mentis af-*
Lib. de amicitia. c. 6. *fectu : non conjunctione labiorum, ſed commixtione ſpirituum, caſtificante omnia DEI ſpiritu: nam ipſe hunc inſpirat affectum, ut videatur alteri, quaſi unam animam habere in diverſis corporibus.* Sed nunc ab oſculo ſancto ad oſculum profanum tranſitum faciamus. Oſculum quidem de ſe bonum eſt,
Ibid. ſed, ùt ait S. Auguſtinus, *ſicuti plerique igne, aquâ, ferrô, quæ naturaliter bona ſunt, in ſuæ crudelitatis, vel voluptatis ſatellitium abutuntur: ità perverſi & turpes etiam hoc bono* (id eſt oſculô) *ſua quodammodo flagitia condire nituntur, ipſum oſculum tantâ turpitudine fœdantes, ut ſic oſculari nihil ſit aliud,*
Proverb. 7. *quàm adulterari.* Hæc oſcula graphicè depingit Salomon, dum vecordem juvenem in ſcænam producit, cui *occurrit mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, quæ apprehenſum deoſculatur juvenem, & procaci vultu blanditur* dicens: *veni inebriemur uberibus, & cupitis fruamur amplexibus, non eſt enim vir in domo ſua, abijt viâ longiſſimâ.* Huic
Lib. 2. ſtolido aſino inclamat aureus aſinus Apuleij: *Heus! tu Scholaſtice dulce & amarum guſtulum carpis, cave nè nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem trahas.* Sed fruſtrà ſurdo canit fabulam, nam (ùt idem ſapientiſſimus morta-
Proverb. 7. lium hanc proſequitur tragœdiam) *irretivit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum, ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens, & ignorans, quòd ad vincula ſtultus trahatur.* Nec minùs
Ibid. nociva ſunt *fraudulenta oſcula blandientis.* Talibus fraudulentis oſculis blandiuntur lucro ſuo inhiantes baſiatores, de quibus Martialis ad Baſſum ait: *Effugere non eſt Baſſe baſiatores: inſtant, morantur, occurrunt, & hinc & illinc, usquequaque, quacunque, rimas per omnes baſiator intrabit.* Illorum
Cap. 29. nequitiam Eccleſiaſticus clarè manifeſtat dicens: *donec accipiant oſculantur manus dantis.* Sic eſt! manum lambunt, ut accipiant, ſpe autem ſuâ fruſtrati illam conſpuunt. Manum linguntinſtar canum, ſi offamcapiant, quæ illis ſit ad ſalivam: ſin minùs, eandem ſputô conſpurcant. Unde

lum, inquit S. Auguſtinus: *Non fit oris attactu, ſed mentis af-*
Lib. de amicitia. c. 6. *fectu : non conjunctione labiorum, ſed commixtione ſpirituum, caſtificante omnia DEI ſpiritu: nam ipſe hunc inſpirat affectum, ut videatur alteri, quaſi unam animam habere in diverſis corporibus.* Sed nunc ab oſculo ſancto ad oſculum profanum tranſitum faciamus. Oſculum quidem de ſe bonum eſt,
Ibid. ſed, ùt ait S. Auguſtinus, *ſicuti plerique igne, aquâ, ferrô, quæ naturaliter bona ſunt, in ſuæ crudelitatis, vel voluptatis ſatellitium abutuntur: ità perverſi & turpes etiam hoc bono* (id eſt oſculô) *ſua quodammodo flagitia condire nituntur, ipſum oſculum tantâ turpitudine fœdantes, ut ſic oſculari nihil ſit aliud,*
Proverb. 7. *quàm adulterari.* Hæc oſcula graphicè depingit Salomon, dum vecordem juvenem in ſcænam producit, cui *occurrit mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, quæ apprehenſum deoſculatur juvenem, & procaci vultu blanditur* dicens: *veni inebriemur uberibus, & cupitis fruamur amplexibus, non eſt enim vir in domo ſua, abijt viâ longiſſimâ.* Huic
Lib. 2. ſtolido aſino inclamat aureus aſinus Apuleij: *Heus! tu Scholaſtice dulce & amarum guſtulum carpis, cave nè nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem trahas.* Sed fruſtrà ſurdo canit fabulam, nam (ùt idem ſapientiſſimus morta-
Proverb. 7. lium hanc proſequitur tragœdiam) *irretivit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum, ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens, & ignorans, quòd ad vincula ſtultus trahatur.* Nec minùs
Ibid. nociva ſunt *fraudulenta oſcula blandientis.* Talibus fraudulentis oſculis blandiuntur lucro ſuo inhiantes baſiatores, de quibus Martialis ad Baſſum ait: *Effugere non eſt Baſſe baſiatores: inſtant, morantur, occurrunt, & hinc & illinc, usquequaque, quacunque, rimas per omnes baſiator intrabit.* Illorum
Cap. 29. nequitiam Eccleſiaſticus clarè manifeſtat dicens: *donec accipiant oſculantur manus dantis.* Sic eſt! manum lambunt, ut accipiant, ſpe autem ſuâ fruſtrati illam conſpuunt. Manum linguntinſtar canum, ſi offamcapiant, quæ illis ſit ad ſalivam: ſin minùs, eandem ſputô conſpurcant. Unde

rectè ait Alanus: *quid est adulationis unctio, nisi donorum e-*
munctio? quid commendationis allusio, nisi principum delusio?
quid laudis arrisio, nisi eorundem derisio? Ultra tamen omnem
modum detestabilia sunt oscula dolosa proditoris. Talia
sunt *oscula Joab, oscula Judæ.* *Dixit Joab ad Amasam: Sal-ve*
mi frater! & tenuit manu dexterâ mentum Amasæ quasi oscu-
lans eum: & percussit eum in latere, & effudit intestina ejus in
terram. Osculatus est Judas CHRISTUM dicens: *Ave*
Rabbi! sed clam dedit traditor signum dicens: quemcunque oscu-
latus fuero ipse est, tenete eum. *O signum sacrilegum* (excla-
mat S. Augustinus) *ô placitum fugiendum! ubi ab osculo inci-*
pitur bellum, & per pacis indicium pacis rumpitur sacramentum.
His venenatis osculis orbis plenus est, & talibus proditorijs basijs mundus amatores suos osculatur: contra quem idem sanctissimus Pater ità invehitur. *O! munde proditor!*
qui cuncta bona promittis, & cuncta mala profers. *Promittis*
vitam, & donas mortem. *Promittis gaudium & largiris mœro-*
rem. O! amator mundi, cave tibi ab hoc osculo, quia,
(ùt bene notat Hugo Cardinalis) tale proditorium oscu-
lum est mundi, *illum enim solum prodit, quem osculatur.*

De coinplanctu naturæ.

2. Reg. 3.

Serm 121.

In Cap. 22. Luc.

Est os formatum duris ex ossibus Eva,
Os tamen in vultu molle glabrúmque gerit.
Oscula qui sumis, cave nè lædaris ab osse,
Ora quidem recreant; plùs tamen ossa nocent.



rectè ait Alanus: *quid est adulationis unctio, nisi donorum e-*
munctio? quid commendationis allusio, nisi principum delusio?
quid laudis arrisio, nisi eorundem derisio? Ultra tamen omnem
modum detestabilia sunt oscula dolosa proditoris. Talia
sunt *oscula Joab, oscula Judæ.* *Dixit Joab ad Amasam: Sal-ve*
mi frater! & tenuit manu dexterâ mentum Amasæ quasi oscu-
lans eum: & percussit eum in latere, & effudit intestina ejus in
terram. Osculatus est Judas CHRISTUM dicens: *Ave*
Rabbi! sed clam dedit traditor signum dicens: quemcunque oscu-
latus fuero ipse est, tenete eum. *O signum sacrilegum* (excla-
mat S. Augustinus) *ô placitum fugiendum! ubi ab osculo inci-*
pitur bellum, & per pacis indicium pacis rumpitur sacramentum.
His venenatis osculis orbis plenus est, & talibus proditorijs basijs mundus amatores suos osculatur: contra quem idem sanctissimus Pater ità invehitur. *O! munde proditor!*
qui cuncta bona promittis, & cuncta mala profers. *Promittis*
vitam, & donas mortem. *Promittis gaudium & largiris mœro-*
rem. O! amator mundi, cave tibi ab hoc osculo, quia,
(ùt bene notat Hugo Cardinalis) tale proditorium oscu-
lum est mundi, *illum enim solum prodit, quem osculatur.*

De coinplanctu naturæ.

2. Reg. 3.

Serm 121.

In Cap. 22. Luc.

Est os formatum duris ex ossibus Eva,
Os tamen in vultu molle glabrúmque gerit.
Oscula qui sumis, cave nè lædaris ab osse,
Ora quidem recreant; plùs tamen ossa nocent.



S. ROMEDIUS.

Prædicator & Apoſtolus. 1. Tim. 2.

Apoſtoli Eccleſiarum Gloria Chriſti. 2. Cor. 8.



On Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe glorioſum eſt. Sunt Hieroſolymæ Urbs Sancta, & illius Regio *terra ſancta eſt.* Similiter Urbs Romana eſt civitas ſancta, unde magnam gloriam promeritus eſt Romedius, qui ſanctitati Urbis conformavit ſanctitatem vitæ; exiſtimans ſe fore nimìs inurbanum, ſi in Civitate ſancta, à ſanctitate Urbis deviaret. Sanctè vixit, adeoque bene vixit, idcirco bene viventi ſummus Pontifex benedixit. Acceptâ benedictione Apoſtolicâ, mentem ſuam Romedius diſpoſuit pro bona dictione, ut tanquam vir Apoſtolicus oves errantes ſubjectas maledictioni, ad ovile *Boni Paſtoris* reductas reſtitueret benedictioni. Nec mirum eſt, tam citò factum

Actor. 2. fuiſſe eloquentem per illam *ignitam lingvam*, quæ etiam *lingvas infantium facit eſſe diſertas.* Repletus eſt Romedi-

Homil. 30. in Evang. us illo Spiritu, de quo S. Gregorius: *implet cytharœdum puerum, & pſalmiſtam facit, implet piſcatorem, & prædicatorem facit, implet perſecutorem & Doctorem Gentium facit.* &c. Etiam mihi dicere liceat: implet peregrinantem Romedium,

Ibid. & repentè Organiſtam Apoſtolicum facit. *O! qualis eſt artifex iſte Spiritus, mox ùt tetigerit mentem, docet, ſolúmque teti-*

S. ROMEDIUS.

Prædicator & Apoſtolus. 1. Tim. 2.

Apoſtoli Eccleſiarum Gloria Chriſti. 2. Cor. 8.



On Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe glorioſum eſt. Sunt Hieroſolymæ Urbs Sancta, & illius Regio *terra ſancta eſt.* Similiter Urbs Romana eſt civitas ſancta, unde magnam gloriam promeritus eſt Romedius, qui ſanctitati Urbis conformavit ſanctitatem vitæ; exiſtimans ſe fore nimìs inurbanum, ſi in Civitate ſancta, à ſanctitate Urbis deviaret. Sanctè vixit, adeoque bene vixit, idcirco bene viventi ſummus Pontifex benedixit. Acceptâ benedictione Apoſtolicâ, mentem ſuam Romedius diſpoſuit pro bona dictione, ut tanquam vir Apoſtolicus oves errantes ſubjectas maledictioni, ad ovile *Boni Paſtoris* reductas reſtitueret benedictioni. Nec mirum eſt, tam citò factum

Actor. 2. fuiſſe eloquentem per illam *ignitam lingvam*, quæ etiam *lingvas infantium facit eſſe diſertas.* Repletus eſt Romedi-

Homil. 30. in Evang. us illo Spiritu, de quo S. Gregorius: *implet cytharœdum puerum, & pſalmiſtam facit, implet piſcatorem, & prædicatorem facit, implet perſecutorem & Doctorem Gentium facit.* &c. Etiam mihi dicere liceat: implet peregrinantem Romedium,

Ibid. & repentè Organiſtam Apoſtolicum facit. *O! qualis eſt artifex iſte Spiritus, mox ùt tetigerit mentem, docet, ſolúmque teti-*

Pag: 52.

D



Joan: Steger del:

M. Rinola sculp:

Pag: 52.

D



Joan: Steger del:

M. Rinola sculp:

tetigisse, docuisse est. Non opus fuit Romedio ad perdiscendam hanc sacram musicam spatiô temporis; nam *ubi DEUS magister est, citò discitur, quod docetur.* Nullis probis egent musici, qui non occupantur circa chordas, sed corda, & ipsimet sunt psalterium, chorus & organum. Facilè perficitur illa modulatio, in qua geminos cordis ventriculos tanquam binos folles implet Divinus ille Spiritus, *qui Scientiam habet vocis*, tunc enim *ex abundantia cordis os loquitur.* Hanc veritatem manifestissimô exemplô probant Apostoli, in quibus dum *impleta gaudent viscera, afflata Sancto spiritu, voces diversas intonant, fantur DEI magnalia.*

Leo Papa Serm. 1. de Pentecost.

Sap: 1. Matth. 12.

Hymnus Eccles.

Porrò in quadruplici diversitate vocum potissimè consistit amœnissimum musicæ artificium. Et harum vocum discordia auribus gratissima concordia est. Discantus teneram infantium vocem imitatur. Altus cum volatili adolescentium ingenio in sublime elevatur. Tenor maturæ virilitatis servat tenorem, & Bassus cum gravibus senum cogitationibus descendit in profundum. Omnes hæ discordes voces in uno concordant Organo, fiúntque amici diffidentes Toni, & dum Organista se singulis accoñodat, ex pluribus una fit harmonia. Quàm præclarè Divinum Verbum prædicando, omnes perfecti Organistæ partes impleverit Romedius, ostendit, quando singulis vocibus sese accoñodando *omnibus omnia factus est, ut omnes faceret salvos.* Accoñodavit se discantistis, id est parvulis in fide, *quibus lacte prædicationis opus fuit, non solidô cibô.* Accommodavit se altistis, nam illis, qui altum sapiebant proponebat *altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI.* Accommodabat se Tenoristis servando discretæ prædicationis tenorem, juxta illud S. Augustini monitum: *dicendum est temperatè cùm aliquid vituperatur vel laudatur.* Denique accoñodavit se Bassistis, ex sublimioribus conceptibus ad humiliora descendendo; quia juxta S. Gregorium, *Prædicator debet ad infirmitatem*

1. Cor. 9.

Rom. 11.

Ibid.

Lib. 3. Moral.

 All-

tetigisse, docuisse est. Non opus fuit Romedio ad perdiscendam hanc sacram musicam spatiô temporis; nam *ubi DEUS magister est, citò discitur, quod docetur.* Nullis probis egent musici, qui non occupantur circa chordas, sed corda, & ipsimet sunt psalterium, chorus & organum. Facilè perficitur illa modulatio, in qua geminos cordis ventriculos tanquam binos folles implet Divinus ille Spiritus, *qui Scientiam habet vocis*, tunc enim *ex abundantia cordis os loquitur.* Hanc veritatem manifestissimô exemplô probant Apostoli, in quibus dum *impleta gaudent viscera, afflata Sancto spiritu, voces diversas intonant, fantur DEI magnalia.*

Leo Papa Serm. 1. de Pentecost.

Sap: 1. Matth. 12.

Hymnus Eccles.

Porrò in quadruplici diversitate vocum potissimè consistit amœnissimum musicæ artificium. Et harum vocum discordia auribus gratissima concordia est. Discantus teneram infantium vocem imitatur. Altus cum volatili adolescentium ingenio in sublime elevatur. Tenor maturæ virilitatis servat tenorem, & Bassus cum gravibus senum cogitationibus descendit in profundum. Omnes hæ discordes voces in uno concordant Organo, fiúntque amici diffidentes Toni, & dum Organista se singulis accoñodat, ex pluribus una fit harmonia. Quàm præclarè Divinum Verbum prædicando, omnes perfecti Organistæ partes impleverit Romedius, ostendit, quando singulis vocibus sese accoñodando *omnibus omnia factus est, ut omnes faceret salvos.* Accoñodavit se discantistis, id est parvulis in fide, *quibus lacte prædicationis opus fuit, non solidô cibô.* Accommodavit se altistis, nam illis, qui altum sapiebant proponebat *altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI.* Accommodabat se Tenoristis servando discretæ prædicationis tenorem, juxta illud S. Augustini monitum: *dicendum est temperatè cùm aliquid vituperatur vel laudatur.* Denique accoñodavit se Bassistis, ex sublimioribus conceptibus ad humiliora descendendo; quia juxta S. Gregorium, *Prædicator debet ad infirmitatem*

1. Cor. 9.

Rom. 11.

Ibid.

Lib. 3. Moral.

 All-

audientium ſemetipſum contrahendo deſcendere. Uſus fuit Romedius in Apoſtolica ſua muſica cantu *duro & molli.* Duro
Idem Ibid. quidem, nam juxta eundem Eccleſiæ Doctorem, *diſcreti prædicatores cùm iniquis adhuc mentibus prædicant; magnis vocibus æterni Judicis terrores intimant: cùm autem jam auditorum ſuorum cordibus veritatis lucem adeſſe cognoſcunt, clamoris ſui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt.* Et ſic uſus
Galat. 6. eſt cantu molli, & *ſpiritu lenitatis.* Tam efficax Evangelicæ prædicationis muſica omnem ſuperavit Amphionis, Arionis, & Orphei harmoniam. Fabula ſit Arionem non tantùm maris ſævitiam cantûs ſvavitate tranquillâſſe, ſed etiam Delphinos reddidiſſe manſvetos: Veritas eſt, Ro-
Habac. 1. medium prædicationis ſuæ cantu homines, qui *facti ſunt ſicut piſces maris*, ad rete Petri pertraxiſſe: & non tantùm
Joan. 21. *centum quinquaginta tres*, ſed ultra mille animas felici tractu duxiſſe in capturam. Fictitium ſit, Orpheum ad inferos deſcendiſſe, & ſvaviſſimo teſtudinis modulamine dilectam ſuam conjugem Evrydicem ex orco reduxiſſe: profectò nullum commentum eſt, Romedium prædicationis ſuæ muſicâ infidelibus & hæreticis ſpiritualiter mortuis, majori miraculo vitam reſtituiſſe; nam, teſte S. Gre-
Lib. 3. Dialog. Cap. 17. gorio, *Majus eſt miraculum verbô & orationis ſolatiô peccatorem convertere, quàm carne mortuum ſuſcitare.* Et quod omni miraculo majus eſt, factus eſt Romedius doctor gentium prædicatione ſua (ùt S. Chryſoſtomus loquitur) *ex hominibus Angelos faciens; quin imò ipſos homines quaſi ex dæmonibus in Angelos provehens.* Angeli ſunt muſici, proinde ex converſis infidelibus dum Angelos facit, muſicos efficit. Erant illi paulò antè *filij iræ*: ſed à Romedio transformati ſunt in *Angelos pacis* juxta Iſaiam *flentes amarè.* O! quàm
Cap. 33. felix eſt ille muſicus, qui cum Magdalena *ad delitias DEI-*
Chryſol. Ser. 93. *tatis totam pulſat cordis ſui & corporis ſymphoniam! Organi plectus dat clamorem, in cythara per ſuſpiria longa modulatur, & gemitus aptat in fiſtulam.* Ex varijs quidem partibus ca-
Luc. 10. nunt muſici, ſed illi canunt optimè, *qui optimam partem ele-*

audientium ſemetipſum contrahendo deſcendere. Uſus fuit Romedius in Apoſtolica ſua muſica cantu *duro & molli.* Duro
Idem Ibid. quidem, nam juxta eundem Eccleſiæ Doctorem, *diſcreti prædicatores cùm iniquis adhuc mentibus prædicant; magnis vocibus æterni Judicis terrores intimant: cùm autem jam auditorum ſuorum cordibus veritatis lucem adeſſe cognoſcunt, clamoris ſui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt.* Et ſic uſus
Galat. 6. eſt cantu molli, & *ſpiritu lenitatis.* Tam efficax Evangelicæ prædicationis muſica omnem ſuperavit Amphionis, Arionis, & Orphei harmoniam. Fabula ſit Arionem non tantùm maris ſævitiam cantûs ſvavitate tranquillâſſe, ſed etiam Delphinos reddidiſſe manſvetos: Veritas eſt, Ro-
Habac. 1. medium prædicationis ſuæ cantu homines, qui *facti ſunt ſicut piſces maris*, ad rete Petri pertraxiſſe: & non tantùm
Joan. 21. *centum quinquaginta tres*, ſed ultra mille animas felici tractu duxiſſe in capturam. Fictitium ſit, Orpheum ad inferos deſcendiſſe, & ſvaviſſimo teſtudinis modulamine dilectam ſuam conjugem Evrydicem ex orco reduxiſſe: profectò nullum commentum eſt, Romedium prædicationis ſuæ muſicâ infidelibus & hæreticis ſpiritualiter mortuis, majori miraculo vitam reſtituiſſe; nam, teſte S. Gre-
Lib. 3. Dialog. Cap. 17. gorio, *Majus eſt miraculum verbô & orationis ſolatiô peccatorem convertere, quàm carne mortuum ſuſcitare.* Et quod omni miraculo majus eſt, factus eſt Romedius doctor gentium prædicatione ſua (ùt S. Chryſoſtomus loquitur) *ex hominibus Angelos faciens; quin imò ipſos homines quaſi ex dæmonibus in Angelos provehens.* Angeli ſunt muſici, proinde ex converſis infidelibus dum Angelos facit, muſicos efficit. Erant illi paulò antè *filij iræ*: ſed à Romedio transformati ſunt in *Angelos pacis* juxta Iſaiam *flentes amarè.* O! quàm
Cap. 33. felix eſt ille muſicus, qui cum Magdalena *ad delitias DEI-*
Chryſol. Ser. 93. *tatis totam pulſat cordis ſui & corporis ſymphoniam! Organi plectus dat clamorem, in cythara per ſuſpiria longa modulatur, & gemitus aptat in fiſtulam.* Ex varijs quidem partibus ca-
Luc. 10. nunt muſici, ſed illi canunt optimè, *qui optimam partem ele-*

Fig. 55.

E



Joan: Stegex del:

M. Rivola sculp:

Fig. 55.

E



Joan: Stegex del:

M. Rivola sculp:

elegerunt cum Maria. Qui non modulantur in fidibus, ſed in una catholica fide; & quorum corda reſonant etiam tacente chordâ: nam *DEUS non vocis, ſed cordis auditor eſt:* unde Poëta. *Non clamor ſed amor cantat in aure DEI.* Ecce! quàm præclaros effectus habeat muſica Evangelica, quãdo organum eſt concordatum. Potentiſſima ad movendos animos illa eſt concordantia, quando juxta mentem Sancti Hieronymi, *os mens, manúsque concordat.* Unde Romedius bene dicta expreſſit benefactis, quod dixit ore, implevit more, facundus verbis, fœcundus exemplis, pronus lingvâ, & promptus manu, nec facundior illi vita, quàm lingva fuit, nam omnis ejus vivendi ratio ſermo eloquens fuit. Exinde ortum credo, quòd accuratiſſimi in arte ſua muſici *ad tactum* attendant, nec ſolum os, ſed etiam motum manûs obſervant. Nam *fabula videntur verba ſinè operibus*, ait Iſidorus Peluſiota: *Et loquendi authoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur*, inquit Gregorius. Ore! ô! re declamandum eſt, & non ſolo ore: quia homines juxta Lactantium *exempta malunt, quàm verba: quia loqui facile eſt, præſtare difficile.* Implevit ſanè omnes boni muſici partes Romedius, ità ut Româ redux cantûs ſui ſvavitate plusquàm mille animas ad Chriſtum converſas poſt ſe traxerit; verificatúmque fuit in Romedio illud Philoſtrati commentum, Amphionem fidibus ſuis effeciſſe, ut immania illa ſaxa ad Thebanæ Urbis conſtructionem ſponte ſua mirabiliter convenirent. Romedius certè modulaminis ſui ſvavitate ſaxea hæreticorum corda, quaſi vivos lapides ad conſtructionem Eccleſiæ Catholicæ pertraxit, & *ex lapidibus ſuſcitavit filios Abrahæ.* Et quis miretur, quòd Tridentum reduci Romedio ineffabili repletus gaudio Divus Vigilius obviam proceſſerit, tota Urbe ad tam pium ſpectaculum confluente. Obvijs ulnis & amoroſis amplexibus ſanctiſſimus Antiſtes tam præclarum excepit muſicum, imò Organum Spiritûs ſancti: quod eò gratiorem beatiſſimo Præſuli edebat har-

S. Hieron. de Orat. Domin.

Epiſt. 2. ad Nepo.

in Cap. 28. Job.

L. 4. de vera ſap.

Matth. 3.

elegerunt cum Maria. Qui non modulantur in fidibus, ſed in una catholica fide; & quorum corda reſonant etiam tacente chordâ: nam *DEUS non vocis, ſed cordis auditor eſt:* unde Poëta. *Non clamor ſed amor cantat in aure DEI.* Ecce! quàm præclaros effectus habeat muſica Evangelica, quãdo organum eſt concordatum. Potentiſſima ad movendos animos illa eſt concordantia, quando juxta mentem Sancti Hieronymi, *os mens, manúsque concordat.* Unde Romedius bene dicta expreſſit benefactis, quod dixit ore, implevit more, facundus verbis, fœcundus exemplis, pronus lingvâ, & promptus manu, nec facundior illi vita, quàm lingva fuit, nam omnis ejus vivendi ratio ſermo eloquens fuit. Exinde ortum credo, quòd accuratiſſimi in arte ſua muſici *ad tactum* attendant, nec ſolum os, ſed etiam motum manûs obſervant. Nam *fabula videntur verba ſinè operibus*, ait Iſidorus Peluſiota: *Et loquendi authoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur*, inquit Gregorius. Ore! ô! re declamandum eſt, & non ſolo ore: quia homines juxta Lactantium *exempta malunt, quàm verba: quia loqui facile eſt, præſtare difficile.* Implevit ſanè omnes boni muſici partes Romedius, ità ut Româ redux cantûs ſui ſvavitate plusquàm mille animas ad Chriſtum converſas poſt ſe traxerit; verificatúmque fuit in Romedio illud Philoſtrati commentum, Amphionem fidibus ſuis effeciſſe, ut immania illa ſaxa ad Thebanæ Urbis conſtructionem ſponte ſua mirabiliter convenirent. Romedius certè modulaminis ſui ſvavitate ſaxea hæreticorum corda, quaſi vivos lapides ad conſtructionem Eccleſiæ Catholicæ pertraxit, & *ex lapidibus ſuſcitavit filios Abrahæ.* Et quis miretur, quòd Tridentum reduci Romedio ineffabili repletus gaudio Divus Vigilius obviam proceſſerit, tota Urbe ad tam pium ſpectaculum confluente. Obvijs ulnis & amoroſis amplexibus ſanctiſſimus Antiſtes tam præclarum excepit muſicum, imò Organum Spiritûs ſancti: quod eò gratiorem beatiſſimo Præſuli edebat har-

S. Hieron. de Orat. Domin.

Epiſt. 2. ad Nepo.

in Cap. 28. Job.

L. 4. de vera ſap.

Matth. 3.

moniam, quia utriusque cor juxta eundem altæ ſanctitatis Tonum fuit concordatum. Quisquis iſta legis Chriſtiane Lector, ſi in hac Sancta arte muſica excellere cupis, accuratè obſerva Divi Auguſtini monitum: *Vide, nè*
In Pſal. 49. *vivas malè, & cantes bene.*

Scire cupis, quænam placeat bona muſica Cœlo?
Et quæ præ reliquis clangat in aure DEI?
Iſta *trium vocum* præſtans eſt muſica, quando
Cor bene concordat, *lingva*, *manúsque* ſimul.



DOMUS SAPIENTIÆ

Proverb: 9.

Gloria Sapientiæ Thunianæ.



Ivus Romedius repletus Spiritu Sapientiæ, pennam meam excitat, ut evolet ad ſublimem gloriam ſapientiæ Thunianæ. Verùm cum Viro patientiæ Job quæro:
Cap. 28. *Sapientia ubi invenitur, & quis eſt locus intelligentiæ?* Reſpondet idem Vates: *Sapientia in antiquis habitat.* Si ſapientia antiquitatis amatrix eſt, certè in antiquiſſima Domo Thuniana Sedem ſuam fixiſſe facilè probabitur, in qua ſola plures, quàm in Tota olim Græcia vixerunt ſapientes. Unde non mirum eſt hanc ſapientiſſimam Domum etiam in Græcia imperâſ-
Proverb. 8. ſe: cùm de ſe dicat Sapientia: *per me Reges regnant, & per me prin-*

moniam, quia utriusque cor juxta eundem altæ ſanctitatis Tonum fuit concordatum. Quisquis iſta legis Chriſtiane Lector, ſi in hac Sancta arte muſica excellere cupis, accuratè obſerva Divi Auguſtini monitum: *Vide, nè*
In Pſal. 49. *vivas malè, & cantes bene.*

Scire cupis, quænam placeat bona muſica Cœlo?
Et quæ præ reliquis clangat in aure DEI?
Iſta *trium vocum* præſtans eſt muſica, quando
Cor bene concordat, *lingva*, *manúsque* ſimul.



DOMUS SAPIENTIÆ

Proverb: 9.

Gloria Sapientiæ Thunianæ.



Ivus Romedius repletus Spiritu Sapientiæ, pennam meam excitat, ut evolet ad ſublimem gloriam ſapientiæ Thunianæ. Verùm cum Viro patientiæ Job quæro:
Cap. 28. *Sapientia ubi invenitur, & quis eſt locus intelligentiæ?* Reſpondet idem Vates: *Sapientia in antiquis habitat.* Si ſapientia antiquitatis amatrix eſt, certè in antiquiſſima Domo Thuniana Sedem ſuam fixiſſe facilè probabitur, in qua ſola plures, quàm in Tota olim Græcia vixerunt ſapientes. Unde non mirum eſt hanc ſapientiſſimam Domum etiam in Græcia imperâſ-
Proverb. 8. ſe: cùm de ſe dicat Sapientia: *per me Reges regnant, & per me prin-*

principes imperant. Sapientiam Domûs Thunianæ, erudite Lector, vel ex hoc solo collige. Postquam incepit mundus desipere calice Hussij inebriatus, postquam luteus Lutherus, ex hujus poculi fœcibus propriam bibisset insaniam perditâ mentis sanitate, & decem præcepta grandis poculi implendo, vel potiùs evacuando, hausisset decies repetitas sanitates, toti Europæ insalutares. Postquam Divinam Providentiam calva Calvini ratiocinatio concluſisset esse fatalem, & peccatum statuendo necessarium; omne sustuliſſet peccatum (nam *peccatum adeò liberum est, ut si non sit liberum non sit peccatum*) DEUMque feciſſet voluntatis humanæ non svavem Dominum, sed violentum tyrannum; Cælestis Ecclesiæ Catholicæ Sapientia, extirpatura has *Vanitates, & insanias falsas, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem*, fundatam supra firmam petram. Idcirco ad Tridentinã Urbem convocans concilium *in Summis excelsísque verticibus clamitabat, O! Viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum, audite, quoniam de rebus magnis locutura sum.* Ex quo indubitanter sequitur, magnos fuisse viros, cum quibus ipsa Sapientia de magnis rebus erat locutura. Ad hanc vocem congregatus est mundus penè universus, ut cum Sapientia CHRISTI *pugnaret contra insensatos, viventes in magno insipientiæ bello.* In Legatis Cæsaris, Regum ac Principum comparuit majestas orbis, & in consessu Patrum refulsit splendor Ecclesiæ universalis. Huc confluxit, quidquid Sapientia in Germanis Ingenijs habet solidum, in Hispanis profundum, in Italis acutum, in Gallis acre & vegetum. In processu tanti Concilij primum sæcularium Oratorum Annô 1562. suspexit Orbis Sigismundum de Thun, quem Cardinalis Sfortia Palavicinus, parcus alioquin sæcularium Oratorum laudator, in sua Historia Concilij Tridentini hoc prædicato honorat: *Vir egregius Religione & prudentiâ.* Hic radios Sapientiæ sparsos per singulos Regum Ministros, in se ostendit collectos, & divisam in plures sapientiã monstra-

Augustin.

Psal. 39.
Proverb. 9.

Ibid.

Sap. 5.
Ibid. 14.

principes imperant. Sapientiam Domûs Thunianæ, erudite Lector, vel ex hoc solo collige. Postquam incepit mundus desipere calice Hussij inebriatus, postquam luteus Lutherus, ex hujus poculi fœcibus propriam bibisset insaniam perditâ mentis sanitate, & decem præcepta grandis poculi implendo, vel potiùs evacuando, hausisset decies repetitas sanitates, toti Europæ insalutares. Postquam Divinam Providentiam calva Calvini ratiocinatio concluſisset esse fatalem, & peccatum statuendo necessarium; omne sustuliſſet peccatum (nam *peccatum adeò liberum est, ut si non sit liberum non sit peccatum*) DEUMque feciſſet voluntatis humanæ non svavem Dominum, sed violentum tyrannum; Cælestis Ecclesiæ Catholicæ Sapientia, extirpatura has *Vanitates, & insanias falsas, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem*, fundatam supra firmam petram. Idcirco ad Tridentinã Urbem convocans concilium *in Summis excelsísque verticibus clamitabat, O! Viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum, audite, quoniam de rebus magnis locutura sum.* Ex quo indubitanter sequitur, magnos fuisse viros, cum quibus ipsa Sapientia de magnis rebus erat locutura. Ad hanc vocem congregatus est mundus penè universus, ut cum Sapientia CHRISTI *pugnaret contra insensatos, viventes in magno insipientiæ bello.* In Legatis Cæsaris, Regum ac Principum comparuit majestas orbis, & in consessu Patrum refulsit splendor Ecclesiæ universalis. Huc confluxit, quidquid Sapientia in Germanis Ingenijs habet solidum, in Hispanis profundum, in Italis acutum, in Gallis acre & vegetum. In processu tanti Concilij primum sæcularium Oratorum Annô 1562. suspexit Orbis Sigismundum de Thun, quem Cardinalis Sfortia Palavicinus, parcus alioquin sæcularium Oratorum laudator, in sua Historia Concilij Tridentini hoc prædicato honorat: *Vir egregius Religione & prudentiâ.* Hic radios Sapientiæ sparsos per singulos Regum Ministros, in se ostendit collectos, & divisam in plures sapientiã monstra-

Augustin.

Psal. 39.
Proverb. 9.

Ibid.

Sap. 5.
Ibid. 14.

ſtravit in ſe concentratam, & per hanc ſapuit Sapientiâ omnium. Miratum eſt Concilium in uno capite omnium qualitates nationum, & magnitudinem Cæſaris veneratum eſt in Sapientia Legati. Taliter audiebatur, quaſi per illius os Caput Romani Imperij loqueretur. Nec videbatur eſſe ſolùm Orator, ſed Romani Jovis oraculum. Nec mirum, quia totam Jurisprudentiam, quam jam olim *multorum camelorum onus eſſe* lamentabatur Amelius, imò Lipſius ipſe *onus nec ab Elephantis in India ferendum*, pronuntiabat: in ſcrinio pectoris ſui circumtulit, ità ut omni hora cathedram conſcendere, ac Decreta Pontificum, legésque Imperatorum interpretari valuiſſet. Contigit etiam Sigismundo hic honor, ut poſt Eccleſiaſticos Oratores primus inter Sæculares Concilio ſubſcriberet: *Unde tamen*, (ùt refert Palavicinus citatus) *difficultas orta non eſt, cùm de prærogativa contentio cum eo nemini eſſet.*

Magnum Gloriæ Thunianæ incrementum addit Sapientia Eminentiſsimi Cardinalis Guidobaldi de Thun, quæ in illo non anguſtum habitaculum, ſed aulam ampliſſimam eſt ſortita, proinde ſe in illius animo, non per compendium contraxit, ſed quàm latiſsimè explicuit, quia invenit hoſpitium ſibi æquale. Non communicavit illi unam tantùm partem ſui, ſed ſe totam, quia quantacunque Sapientiæ portio illo minor fuit, nec capacitatem animi implere potuit Sapientia, niſi tota. Viguit in Guidobaldo ſubtilitas ingenij, prudentia judicij, maturitas conſilij: quando loquebatur, fundebat oracula, quæ ſvadebat, confirmabat eventus, nihil ardui aggrediebatur, cujus obſtacula non perrumperet, ità tractabat humana, ùt nunquam omitteret Divina, gravi uſus eſt facundiâ ad flectendos animos, moderatione ad temperandos affectus, ſubtili ſolertiâ ad arcana indaganda, profundô conſiliô ad intricatos nodos Gordios evolvendos, circumſpectâ prudentiâ ad proſpiciendum de futuris. Ob tantas prærogativas factus Cardinalis dignitate, & Plenipotentia-

ſtravit in ſe concentratam, & per hanc ſapuit Sapientiâ omnium. Miratum eſt Concilium in uno capite omnium qualitates nationum, & magnitudinem Cæſaris veneratum eſt in Sapientia Legati. Taliter audiebatur, quaſi per illius os Caput Romani Imperij loqueretur. Nec videbatur eſſe ſolùm Orator, ſed Romani Jovis oraculum. Nec mirum, quia totam Jurisprudentiam, quam jam olim *multorum camelorum onus eſſe* lamentabatur Amelius, imò Lipſius ipſe *onus nec ab Elephantis in India ferendum*, pronuntiabat: in ſcrinio pectoris ſui circumtulit, ità ut omni hora cathedram conſcendere, ac Decreta Pontificum, legésque Imperatorum interpretari valuiſſet. Contigit etiam Sigismundo hic honor, ut poſt Eccleſiaſticos Oratores primus inter Sæculares Concilio ſubſcriberet: *Unde tamen*, (ùt refert Palavicinus citatus) *difficultas orta non eſt, cùm de prærogativa contentio cum eo nemini eſſet.*

Magnum Gloriæ Thunianæ incrementum addit Sapientia Eminentiſsimi Cardinalis Guidobaldi de Thun, quæ in illo non anguſtum habitaculum, ſed aulam ampliſſimam eſt ſortita, proinde ſe in illius animo, non per compendium contraxit, ſed quàm latiſsimè explicuit, quia invenit hoſpitium ſibi æquale. Non communicavit illi unam tantùm partem ſui, ſed ſe totam, quia quantacunque Sapientiæ portio illo minor fuit, nec capacitatem animi implere potuit Sapientia, niſi tota. Viguit in Guidobaldo ſubtilitas ingenij, prudentia judicij, maturitas conſilij: quando loquebatur, fundebat oracula, quæ ſvadebat, confirmabat eventus, nihil ardui aggrediebatur, cujus obſtacula non perrumperet, ità tractabat humana, ùt nunquam omitteret Divina, gravi uſus eſt facundiâ ad flectendos animos, moderatione ad temperandos affectus, ſubtili ſolertiâ ad arcana indaganda, profundô conſiliô ad intricatos nodos Gordios evolvendos, circumſpectâ prudentiâ ad proſpiciendum de futuris. Ob tantas prærogativas factus Cardinalis dignitate, & Plenipotentia-

tiarius Cæſaris munere, miſcuit Politica Divinis ſinè confuſione, utrobique Eminentiſsimus: in templo, in foro. Ità agebat in Sacra Purpura, ut per eam multùm Splendoris acceſſerit purpuræ ſui Auguſtiſsimi. Oſtendit Guidobaldus verum eſſe illud Sapientis dictum: *oportet eum plus ſcire, qui plus poteſt.* Tantum ſcivit, ut minus illo fuerit quodvis negotium, capacitatem illius non impleverunt res maximæ, & poſtquam innumeris negotijs obrutus credebatur, adhuc pro pluribus vires ſuppetebant. Æqualem illum dicerem maximis Galliæ Cardinalibus & Miniſtris Richelio & Maſarino, nisì in juſta, & meliori cauſa Auſtriacæ Domûs ſuperior fuiſſet. A tam magno Viro non potuit Germania ſperare, nisì maxima. Sed hæc plerunque ingentium animorum conditio eſt; *citò mori.* Subducit ſe oculis perfecta virtus, quidquid ad ſummum pertigit ad ima devolvitur. Eripuit tantum virum Germaniæ æternitas, æſtimans illius vitam non ſatis eſſe longam, nisì faceret æternam. Vivit tamen adhuc in memoria Salisburgenſium Guidobaldus, nam plenus Sale Sapientiæ intra Burgum Salis nullam ſentire potuit immortalis famæ corruptionem.. *Mortuus eſt, & quaſi non eſt mortuus*, quia in Succeſſoribus ſuis reliquit JOANNEM ERNESTUM de Thun ſimilem ſibi, Phœnix Phœnicem.

Ingentem ſimiliter Sapientiæ laudem meretur inter Thunianos Fratres, WENCESLAUS Comes de Thun Epiſcopus Paſſavienſis, de quo idem dicere potuit Illuſtriſsimus Genitor, quod de Simone effatus eſt Parens Mathatias, filios ſuos ultimo halitu alloquendo: *Simon frater veſter, ſcio, quòd vir Conſilij eſt, ipſum audite ſemper.* Fuit hic ſapientiſsimus Antiſtes tam profundæ intelligentiæ, ut â callidis æmulis nullâ aſtutiæ bolide fundo illius potuerit explorari. Fuit tam efficacis energiæ, ut in aſſecutione ſui intenti occurrentia difficultatum obſtacula, acrimoniâ ſui ingenij valuerit penetrare. Et quamvìs conatibus illius ſe extremè oppoſuerint illi, quibus nec eruditio,

1. Machab. 2.

tiarius Cæſaris munere, miſcuit Politica Divinis ſinè confuſione, utrobique Eminentiſsimus: in templo, in foro. Ità agebat in Sacra Purpura, ut per eam multùm Splendoris acceſſerit purpuræ ſui Auguſtiſsimi. Oſtendit Guidobaldus verum eſſe illud Sapientis dictum: *oportet eum plus ſcire, qui plus poteſt.* Tantum ſcivit, ut minus illo fuerit quodvis negotium, capacitatem illius non impleverunt res maximæ, & poſtquam innumeris negotijs obrutus credebatur, adhuc pro pluribus vires ſuppetebant. Æqualem illum dicerem maximis Galliæ Cardinalibus & Miniſtris Richelio & Maſarino, nisì in juſta, & meliori cauſa Auſtriacæ Domûs ſuperior fuiſſet. A tam magno Viro non potuit Germania ſperare, nisì maxima. Sed hæc plerunque ingentium animorum conditio eſt; *citò mori.* Subducit ſe oculis perfecta virtus, quidquid ad ſummum pertigit ad ima devolvitur. Eripuit tantum virum Germaniæ æternitas, æſtimans illius vitam non ſatis eſſe longam, nisì faceret æternam. Vivit tamen adhuc in memoria Salisburgenſium Guidobaldus, nam plenus Sale Sapientiæ intra Burgum Salis nullam ſentire potuit immortalis famæ corruptionem.. *Mortuus eſt, & quaſi non eſt mortuus*, quia in Succeſſoribus ſuis reliquit JOANNEM ERNESTUM de Thun ſimilem ſibi, Phœnix Phœnicem.

Ingentem ſimiliter Sapientiæ laudem meretur inter Thunianos Fratres, WENCESLAUS Comes de Thun Epiſcopus Paſſavienſis, de quo idem dicere potuit Illuſtriſsimus Genitor, quod de Simone effatus eſt Parens Mathatias, filios ſuos ultimo halitu alloquendo: *Simon frater veſter, ſcio, quòd vir Conſilij eſt, ipſum audite ſemper.* Fuit hic ſapientiſsimus Antiſtes tam profundæ intelligentiæ, ut â callidis æmulis nullâ aſtutiæ bolide fundo illius potuerit explorari. Fuit tam efficacis energiæ, ut in aſſecutione ſui intenti occurrentia difficultatum obſtacula, acrimoniâ ſui ingenij valuerit penetrare. Et quamvìs conatibus illius ſe extremè oppoſuerint illi, quibus nec eruditio,

1. Machab. 2.

tio, nec potentia deeſſe vulgò creditur, tamen prudentia WENCESLAI nervosè perrupit, & obtentâ causâ oſtendit ſe his eſſe longè ſuperiorem. Multa ſanè & magna edebat Sapientiæ ſuæ ſpecimina, ità ut etiam laudatiſsimis Sacrorum Principibus palmam Sapientiæ omnium calculô eripuiſſet, nisì mors calculum lethalem nimis ci-

Calculò exſtinctus.

tò adjeciſſet, quo poſtquam extremè laborâſſet, egregiorum laborum lapidem poſuit terminalem. *Si finis coronat opus*, certè Sapientiæ laureâ coronandus eſt WENCES-

Deut. 32.

LAUS, quia in fine oſtendit ſe *ſapere*, *intelligere ac noviſſima providere.* Ars artium eſt bene mori, omnes morimur, & tamen pauci ſciunt, quod omnes faciunt. Scivit WENCESLAUS bene mori, quia ſcivit bene vivere. Mors eſt Echo vitæ, qualis *Vita* mors eſt *ità*. Rectè ſemper collimavit ad beatitudinis ſcopum, nè ab illo aberraret. O quàm periculoſum eſt ibi ſemel errare, ubi nemo bis errat. Prævidit igitur in tempore adventum mortis. Et nè imparatus ſe ſiſteret æternitati, & quaſi ex tempore:

Pſalm. 76.

recogitavit annos æternos in tempore. Munivit ſe Eccleſiæ Sacramentis, ut ſacram ſibi mentem ineſſe oſtenderet. His armis inſtructus non expalluit ad nuntium mortis, cui jam pridem duellum indixerat. Nè verò in hac lucta de illius viribus dubitaretur, heroicè de lectulo conſurrexit, tanquam athleta, in ultimam arenam deſcenſurus. Memor autem ſe eſſe Eccleſiæ Paſſavienſis magnum Antiſtitem; Pontificalia induit, ad Summos in Cælis Sacerdotes abiturus. Convocatis deinde Eccleſiæ Paſſavienſis Sacris Proceribus, aulæque ſuæ nobilioribus miniſtris, nec non Territorij Paſſavienſis Officialibus, ac præſidibus, omnibus ultimum vale dixit, támque nervosâ ad motus animorum ciendos uſus eſt paræneſi, quaſi ex illius ore æternitas peroraret. Denique adhuc vivens multa ſapienter diſpoſuit exequenda poſt vitam, quaſi adhuc poſt mortem victurus. Poſt hæc eâ devotione Sacra ornamenta depoſuit, quaſi ſimul corpus exuere voluiſſet,

libe-

tio, nec potentia deeſſe vulgò creditur, tamen prudentia WENCESLAI nervosè perrupit, & obtentâ causâ oſtendit ſe his eſſe longè ſuperiorem. Multa ſanè & magna edebat Sapientiæ ſuæ ſpecimina, ità ut etiam laudatiſsimis Sacrorum Principibus palmam Sapientiæ omnium calculô eripuiſſet, nisì mors calculum lethalem nimis ci-

Calculò exſtinctus.

tò adjeciſſet, quo poſtquam extremè laborâſſet, egregiorum laborum lapidem poſuit terminalem. *Si finis coronat opus*, certè Sapientiæ laureâ coronandus eſt WENCES-

Deut. 32.

LAUS, quia in fine oſtendit ſe *ſapere*, *intelligere ac noviſſima providere.* Ars artium eſt bene mori, omnes morimur, & tamen pauci ſciunt, quod omnes faciunt. Scivit WENCESLAUS bene mori, quia ſcivit bene vivere. Mors eſt Echo vitæ, qualis *Vita* mors eſt *ità*. Rectè ſemper collimavit ad beatitudinis ſcopum, nè ab illo aberraret. O quàm periculoſum eſt ibi ſemel errare, ubi nemo bis errat. Prævidit igitur in tempore adventum mortis. Et nè imparatus ſe ſiſteret æternitati, & quaſi ex tempore:

Pſalm. 76.

recogitavit annos æternos in tempore. Munivit ſe Eccleſiæ Sacramentis, ut ſacram ſibi mentem ineſſe oſtenderet. His armis inſtructus non expalluit ad nuntium mortis, cui jam pridem duellum indixerat. Nè verò in hac lucta de illius viribus dubitaretur, heroicè de lectulo conſurrexit, tanquam athleta, in ultimam arenam deſcenſurus. Memor autem ſe eſſe Eccleſiæ Paſſavienſis magnum Antiſtitem; Pontificalia induit, ad Summos in Cælis Sacerdotes abiturus. Convocatis deinde Eccleſiæ Paſſavienſis Sacris Proceribus, aulæque ſuæ nobilioribus miniſtris, nec non Territorij Paſſavienſis Officialibus, ac præſidibus, omnibus ultimum vale dixit, támque nervosâ ad motus animorum ciendos uſus eſt paræneſi, quaſi ex illius ore æternitas peroraret. Denique adhuc vivens multa ſapienter diſpoſuit exequenda poſt vitam, quaſi adhuc poſt mortem victurus. Poſt hæc eâ devotione Sacra ornamenta depoſuit, quaſi ſimul corpus exuere voluiſſet,

libe-

liberiùs ad Cælos evolaturus. Sic mori non eſt mori, ſed mortalem deponere ſarcinam, & adipiſci nomen immortale.

Verùm ſinamus imperturbatos quieſcere Sapientiſſimorum Comitum de Thun glorioſos cineres, quorum Mauſoleis epitaphij locò hanc inſcribo Eccleſiaſtici ſententiam: *Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum.* Eccl. 37. A mortuis nunc calamum meum converto ad vivos, in quibus vegeta adhuc vivit Sapientia. Quod dum facere aggredior, rurſum in gloriæ Thunianæ theatrum ſpectabilis prodit Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus FRANCISCUS Comes de Thun, Marte & Arte clariſſimus, verè Palladi comparandus, quæ intus ſapiens, & foris eſt armata: ac problema facit, an in illo prævaleat acies gladij, an verò acumen ingenij? an glorioſior ſit in ſago, an verò in toga? pro nunc cum Poëta exclamo: *Cedant arma togæ!* & propoſitum problema per illud Sapientiæ oraculum reſolvo: *Melior eſt Sapientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis.* Sap. 6. Prudentiæ ſuæ magnitudinem, & activitatis dexteritatem, hic Comes Excellentiſſimus Aulæ Cæſareæ teſtatam fecit in diverſis Legationibus. Oportet enim eximiâ illum præditum eſſe prudentiâ, qui munus Legati obit. Si enim Legatus eſt quidam Mercurius, certè in Caduceo ſuo ſerpentes gerit, de quibus æterna Veritas loquitur: *eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* *Si Legatus eſt Optimatum optimus, & primorum primus*, profectò in ſchola Sapientiæ non ſedebit in ultimo ſcamno, ſed primum locum obtinebit. Miſſus fuit ad diverſos Romani Imperij Principes, ad Salisburgenſem Archi-Epiſcopum, ad Electorem Bavariæ, in cujus Aula per triennium ſubſtitit; ut gravia Domûs Auſtriacæ negotia promoveret. Deſtinatus fuit in Angliam, ad Gentem acris ingenij, ſed genij inconſtantis, ac inquieti, ad populum duræ cervicis, ad nationem, quæ nomine ſuo propè accedit ad Angelos, &, ſi in fide Catholica per-

Carol. Paſchal Lib. de Legat. c. 1.

liberiùs ad Cælos evolaturus. Sic mori non eſt mori, ſed mortalem deponere ſarcinam, & adipiſci nomen immortale.

Verùm ſinamus imperturbatos quieſcere Sapientiſſimorum Comitum de Thun glorioſos cineres, quorum Mauſoleis epitaphij locò hanc inſcribo Eccleſiaſtici ſententiam: *Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum.* Eccl. 37. A mortuis nunc calamum meum converto ad vivos, in quibus vegeta adhuc vivit Sapientia. Quod dum facere aggredior, rurſum in gloriæ Thunianæ theatrum ſpectabilis prodit Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus Dominus FRANCISCUS Comes de Thun, Marte & Arte clariſſimus, verè Palladi comparandus, quæ intus ſapiens, & foris eſt armata: ac problema facit, an in illo prævaleat acies gladij, an verò acumen ingenij? an glorioſior ſit in ſago, an verò in toga? pro nunc cum Poëta exclamo: *Cedant arma togæ!* & propoſitum problema per illud Sapientiæ oraculum reſolvo: *Melior eſt Sapientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis.* Sap. 6. Prudentiæ ſuæ magnitudinem, & activitatis dexteritatem, hic Comes Excellentiſſimus Aulæ Cæſareæ teſtatam fecit in diverſis Legationibus. Oportet enim eximiâ illum præditum eſſe prudentiâ, qui munus Legati obit. Si enim Legatus eſt quidam Mercurius, certè in Caduceo ſuo ſerpentes gerit, de quibus æterna Veritas loquitur: *eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* *Si Legatus eſt Optimatum optimus, & primorum primus*, profectò in ſchola Sapientiæ non ſedebit in ultimo ſcamno, ſed primum locum obtinebit. Miſſus fuit ad diverſos Romani Imperij Principes, ad Salisburgenſem Archi-Epiſcopum, ad Electorem Bavariæ, in cujus Aula per triennium ſubſtitit; ut gravia Domûs Auſtriacæ negotia promoveret. Deſtinatus fuit in Angliam, ad Gentem acris ingenij, ſed genij inconſtantis, ac inquieti, ad populum duræ cervicis, ad nationem, quæ nomine ſuo propè accedit ad Angelos, &, ſi in fide Catholica per-

Carol. Paſchal Lib. de Legat. c. 1.

manſiſſet, bonos. Moratus fuit per quinquennium in hac terra Regiô madentem ſangvine, in crudeli regno, in quo nec Regum capita à ſecuri ſunt ſecura, in perturbato rerum ſtatu minimè turbatus, ſemper emolumento Cæſaris invigilando. Ablegatus fuit in Poloniam, cujus incolas nimia libertas ſæpe exteris ſervire fecit: ad regimen, in quo, quot capita, tot ſenſus, ad regnum, in quo, quot nobiles, tot penè reges. Miſſus eſt ad Sereniſsimum Regem JOANNEM, ut eidem ſtimulos adderet, ad victoriosos armorum ſuorum progreſſus contra Turcam continuandos. Quod etiam fervidè & efficaciter præſtitit, ac Confœderatorum cum Luna Gallorum (proh! pudor Chriſtianiſsimo nomini!) nocentiſsimis machinationibus tam ſtrenuè obviam ivit, ut horum malorum omniũ Coryphæo, cane pejùs & angve exoſus factus ſit, ac ſub ſpecioſo monomachiæ titulo, per inſidias proditoriô ferrô turpiter necatus fuiſſet, nisi per ſingularem prudentiam tam reputationi Cæſaris, quàm famæ generoſisſimi ſui ſtemmatis conſuluiſſet. Magnam pariter Excellentiſsimo Domino Comiti FRANCISCO prudentiæ laudem tribuere debet Urbs Moguntina, quæ ab exercitu Gallico arcta obſidione preſſa, vix non oppreſſa fuiſſet, nisi ille ſinè ſpeciali Aulæ Cæſareæ mandato, ex naturalis prudentiæ inſtinctu, valde ſapienter ac providè cum Gubernatore Belgij negotiatus fuiſſet (quod factum Auguſtiſsimus poſtmodum ſummè approbavit) & ab eodem octo Luneburgicorum virorum millia impetrâſſet, quibus auctior factus Cæſareus Exercitus, agonizanti Urbi venit in ſuccurſum.

Si plura pro Sapientiſsimâ Domo Thuniana quærantur argumenta: non foris, ſed Domi quærenda eſt Sapientia, quæ de ſe ipſa dicit: *Ego Sapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.* Si Sapientia in Conſilio habitat: profectò Sedem ſuam fixit in Domo Thuniana, quæ tam copioſos magnorum Principum, Regum ac Cæſarum

Proverb. 8.

manſiſſet, bonos. Moratus fuit per quinquennium in hac terra Regiô madentem ſangvine, in crudeli regno, in quo nec Regum capita à ſecuri ſunt ſecura, in perturbato rerum ſtatu minimè turbatus, ſemper emolumento Cæſaris invigilando. Ablegatus fuit in Poloniam, cujus incolas nimia libertas ſæpe exteris ſervire fecit: ad regimen, in quo, quot capita, tot ſenſus, ad regnum, in quo, quot nobiles, tot penè reges. Miſſus eſt ad Sereniſsimum Regem JOANNEM, ut eidem ſtimulos adderet, ad victoriosos armorum ſuorum progreſſus contra Turcam continuandos. Quod etiam fervidè & efficaciter præſtitit, ac Confœderatorum cum Luna Gallorum (proh! pudor Chriſtianiſsimo nomini!) nocentiſsimis machinationibus tam ſtrenuè obviam ivit, ut horum malorum omniũ Coryphæo, cane pejùs & angve exoſus factus ſit, ac ſub ſpecioſo monomachiæ titulo, per inſidias proditoriô ferrô turpiter necatus fuiſſet, nisi per ſingularem prudentiam tam reputationi Cæſaris, quàm famæ generoſisſimi ſui ſtemmatis conſuluiſſet. Magnam pariter Excellentiſsimo Domino Comiti FRANCISCO prudentiæ laudem tribuere debet Urbs Moguntina, quæ ab exercitu Gallico arcta obſidione preſſa, vix non oppreſſa fuiſſet, nisi ille ſinè ſpeciali Aulæ Cæſareæ mandato, ex naturalis prudentiæ inſtinctu, valde ſapienter ac providè cum Gubernatore Belgij negotiatus fuiſſet (quod factum Auguſtiſsimus poſtmodum ſummè approbavit) & ab eodem octo Luneburgicorum virorum millia impetrâſſet, quibus auctior factus Cæſareus Exercitus, agonizanti Urbi venit in ſuccurſum.

Si plura pro Sapientiſsimâ Domo Thuniana quærantur argumenta: non foris, ſed Domi quærenda eſt Sapientia, quæ de ſe ipſa dicit: *Ego Sapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.* Si Sapientia in Conſilio habitat: profectò Sedem ſuam fixit in Domo Thuniana, quæ tam copioſos magnorum Principum, Regum ac Cæſarum

Proverb. 8.

ſarum intimos Conſiliarios educavit, ut meritò *Domus Sapientiæ* poſſit appellari. Non opus eſt ad pridem elapſa recurrere ſæcula, etiam hæc noſtra ætas oſtendit Sapientiam Thunianam verſari in Conſilijs, dum quatuor Germanos fratres MICHAELEM, MAXIMILIANUM, FRANCISCUM & ROMEDIUM Comites de Thun ad intimum admiſit conſilium ille, qui *Conſiliô & Induſtriâ* mundum gubernat, Sapientiſsimus Salomon Auguſtiſsimus Cæſar MAGNUS LEOPOLDUS.

Jactabat quondam Sapientes Græcia ſeptem,
Sed plures numerat nobilis iſta Domus.
Non opus eſt Græcos ſapientes quærere Athenis,
Floret in hac una Græcia tota Domo.

DIGRESSIO V.

Quid eſt Sapientia hujus Mundi?

DIvina Sancti Romedij *Sapientia confundit ſapientes hujus Mundi.* Habuit ille Sapientiam, quæ *de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*, habent iſti pſevdoſapientiam aſcendentem à *principe tenebrarum.* Cupiũt hujus mundi Sapientes ſemper cum Lucifero aſcendere, & *in mirabilibus ſuper ſe ambulare.* Amant politici promotiones, aſpirant ad gradus altiores, & tandem gradum occupant *octavi ſapientis*: nam *dicentes*

1. Cor. 1.

Jacob. 1.

Pſal. 130.

ſarum intimos Conſiliarios educavit, ut meritò *Domus Sapientiæ* poſſit appellari. Non opus eſt ad pridem elapſa recurrere ſæcula, etiam hæc noſtra ætas oſtendit Sapientiam Thunianam verſari in Conſilijs, dum quatuor Germanos fratres MICHAELEM, MAXIMILIANUM, FRANCISCUM & ROMEDIUM Comites de Thun ad intimum admiſit conſilium ille, qui *Conſiliô & Induſtriâ* mundum gubernat, Sapientiſsimus Salomon Auguſtiſsimus Cæſar MAGNUS LEOPOLDUS.

Jactabat quondam Sapientes Græcia ſeptem,
Sed plures numerat nobilis iſta Domus.
Non opus eſt Græcos ſapientes quærere Athenis,
Floret in hac una Græcia tota Domo.

DIGRESSIO V.

Quid eſt Sapientia hujus Mundi?

DIvina Sancti Romedij *Sapientia confundit ſapientes hujus Mundi.* Habuit ille Sapientiam, quæ *de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*, habent iſti pſevdoſapientiam aſcendentem à *principe tenebrarum.* Cupiũt hujus mundi Sapientes ſemper cum Lucifero aſcendere, & *in mirabilibus ſuper ſe ambulare.* Amant politici promotiones, aſpirant ad gradus altiores, & tandem gradum occupant *octavi ſapientis*: nam *dicentes*

1. Cor. 1.

Jacob. 1.

Pſal. 130.

Rom. 1. *se esse sapientes stulti facti sunt.* Spectemus actum non Academicum, sed Dæmoniacum, in quo hujus mundi sapientes tales creantnr Doctores, & Magistri, quales ità describit Petarcha: *monstrantur digitô fraudium magistri, & ille prudentior judicatur, qui peritior est fallendi.* In hac so-
1. Cor. 8. lemni promotione tubicinem agit *Scientia, quæ inflat*, pulsantur tympana, pro quorum pelle exoculatus nequam politicus Ziska cutem suam legavit. Imponitur politico Doctoralis pileus, pro signo *libertatis conscientiæ*, negantis se ulli præcepto esse obligatam. Circumdatur humeris palliolum magistrale, quo omnia vitia palliantur; nam, ùt ait Lipsius: *Ambitio, & avaritia, sæpe velantur religionis mantello*, de cujus usu hæc Machiavelli regula est: *si pluit pallium assume, si non pluit, illud depone.* Injicitur collo catena aurea, ut illam ante pectus præ oculis habens politicus,
Balbus Foëta. meminerit semper illius versiculi: *aurum quisquis habet superos mercatur & astra.* Digito politici inseritur annulus, & quidem ille miraculosus Gygis, qui gestantem reddit invisibilem: quia politicus est totus arcanus, totus secretus, totus absconditus, totus occultus, omnibus invisibilis, & penè sibi ipsi ignotus. A nemine bene percipitur,
1. Reg. 16. nisi à Divino illo oculo, *qui intuetur cor*, nam *cordium scrutator est Dominus.* Neo-Doctori traditur liber, & quidem magni illius pseudopolitici Machiavelli, ex quo desumit hoc primum novæ politiæ principium: *fraus necessaria est omnibus quicunque ex parvis initijs crescere conantur.* Et nè desit glossa, recurritur ad magnum in hac pessima politia practicum, Wenceslaum Maroschuviam ità scribentem: *Politicum decet expendere non tantùm quid sit agendum, sed etiam quid sit simulandum. Totus mundus fucô utitur, ergo cum vulpibus est vulpinandum.* In hac promotione conscendit illam cathedram politicus, de qua Psalmista canit:
Psalm. 1. *Beatus vir, qui in cathedra pestilentiæ non sedit.* Hâc pestilentiâ laborant juxta Doctissimum Alanum *principum laterales, Palatini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli*
De complanct. naturæ. *falsi-*

Rom. 1. *se esse sapientes stulti facti sunt.* Spectemus actum non Academicum, sed Dæmoniacum, in quo hujus mundi sapientes tales creantnr Doctores, & Magistri, quales ità describit Petarcha: *monstrantur digitô fraudium magistri, & ille prudentior judicatur, qui peritior est fallendi.* In hac so-
1. Cor. 8. lemni promotione tubicinem agit *Scientia, quæ inflat*, pulsantur tympana, pro quorum pelle exoculatus nequam politicus Ziska cutem suam legavit. Imponitur politico Doctoralis pileus, pro signo *libertatis conscientiæ*, negantis se ulli præcepto esse obligatam. Circumdatur humeris palliolum magistrale, quo omnia vitia palliantur; nam, ùt ait Lipsius: *Ambitio, & avaritia, sæpe velantur religionis mantello*, de cujus usu hæc Machiavelli regula est: *si pluit pallium assume, si non pluit, illud depone.* Injicitur collo catena aurea, ut illam ante pectus præ oculis habens politicus,
Balbus Foëta. meminerit semper illius versiculi: *aurum quisquis habet superos mercatur & astra.* Digito politici inseritur annulus, & quidem ille miraculosus Gygis, qui gestantem reddit invisibilem: quia politicus est totus arcanus, totus secretus, totus absconditus, totus occultus, omnibus invisibilis, & penè sibi ipsi ignotus. A nemine bene percipitur,
1. Reg. 16. nisi à Divino illo oculo, *qui intuetur cor*, nam *cordium scrutator est Dominus.* Neo-Doctori traditur liber, & quidem magni illius pseudopolitici Machiavelli, ex quo desumit hoc primum novæ politiæ principium: *fraus necessaria est omnibus quicunque ex parvis initijs crescere conantur.* Et nè desit glossa, recurritur ad magnum in hac pessima politia practicum, Wenceslaum Maroschuviam ità scribentem: *Politicum decet expendere non tantùm quid sit agendum, sed etiam quid sit simulandum. Totus mundus fucô utitur, ergo cum vulpibus est vulpinandum.* In hac promotione conscendit illam cathedram politicus, de qua Psalmista canit:
Psalm. 1. *Beatus vir, qui in cathedra pestilentiæ non sedit.* Hâc pestilentiâ laborant juxta Doctissimum Alanum *principum laterales, Palatini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli*
De complanct. naturæ. *falsi-*

falsitatis. Offertur Neo-promoto inter amabiles amplexus osculum, ut ipsi inspiretur politicus spiritus, à quo Joab edoctus, *una manu tenuit mentum Amasæ quasi deosculans eum, & altera percutiens gladiô effudit intestina ejus in terram.* Post hæc distribuuntur præsentibus hospitibus xenia, & donaria, non *re*, sed *ore*, conformiter ad illam Machiavelli instructionem: *pollicere largiter, promissis stare rusticanum puta.* Hinc illa rhythmica oritur querimonia: *mille annis jam peractis, fides nulla est in pactis. Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.* Tandem post omnia, dum omnibus numeris absolut9 creditur esse politicus, decantatur *Te DEUM*, non *laudamus*, sed *negamus*, & sic pseudo-politicus perfectissimus fit atheista. Si quæratur, cujus facultatis sit hic neo-Doctor? Respondeo esse artium liberalium, & omnium quatuor facultatum Doctorem. Est Poëta laureatus, qui scit optimè fingere. Est ex numero illorum, *qui aliud ostendunt in facie, aliud gerunt in corde, fingunt, quod non sunt, & à semetipsis decepti cæteros fallere arbitrantur.* Est homo poëticus, totus fabulosus, totus fictus, *totus dissimilis intus Herodes, foris Joannes, totus ambiguus.* Est poëta Comicus omnium personarum actor; imò est juxta Langium: *pessimus histrio histrionum, semper duplex facie, frequenter duplici corde, gravitatem simulat, dum intus nugatur, sibique plaudit, quòd astantibus fecerit imposturam. Facies ejus nitida, mens fœda, vestis stricta, sed duplex latáque conscientia.* Est eloquentissimus Rhetor, millenis utitur figuris, & amphibologijs, sed maximè delectatur hyperbole, ex musca faciens elephantum: & Ironiâ, dum audientem falsis laudibus dementat, qui si subitò respexerit, deprehendet post se (ùt S. Hieronymus loquitur) *auriculas agitari asini.* Est dialecticus. In illa arte perfectus, de qua S. Gregorius ait: *hujus mundi sapientia est: cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare, hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt.* Est Philoso-

2. Reg. 20.

Laurent: Justin. de humil. cap. 15. S. Bernardus epist. 193.

in Polyanthea.

Epist. ad Rustic. 10. Moral. c. 16.

falsitatis. Offertur Neo-promoto inter amabiles amplexus osculum, ut ipsi inspiretur politicus spiritus, à quo Joab edoctus, *una manu tenuit mentum Amasæ quasi deosculans eum, & altera percutiens gladiô effudit intestina ejus in terram.* Post hæc distribuuntur præsentibus hospitibus xenia, & donaria, non *re*, sed *ore*, conformiter ad illam Machiavelli instructionem: *pollicere largiter, promissis stare rusticanum puta.* Hinc illa rhythmica oritur querimonia: *mille annis jam peractis, fides nulla est in pactis. Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.* Tandem post omnia, dum omnibus numeris absolut9 creditur esse politicus, decantatur *Te DEUM*, non *laudamus*, sed *negamus*, & sic pseudo-politicus perfectissimus fit atheista. Si quæratur, cujus facultatis sit hic neo-Doctor? Respondeo esse artium liberalium, & omnium quatuor facultatum Doctorem. Est Poëta laureatus, qui scit optimè fingere. Est ex numero illorum, *qui aliud ostendunt in facie, aliud gerunt in corde, fingunt, quod non sunt, & à semetipsis decepti cæteros fallere arbitrantur.* Est homo poëticus, totus fabulosus, totus fictus, *totus dissimilis intus Herodes, foris Joannes, totus ambiguus.* Est poëta Comicus omnium personarum actor; imò est juxta Langium: *pessimus histrio histrionum, semper duplex facie, frequenter duplici corde, gravitatem simulat, dum intus nugatur, sibique plaudit, quòd astantibus fecerit imposturam. Facies ejus nitida, mens fœda, vestis stricta, sed duplex latáque conscientia.* Est eloquentissimus Rhetor, millenis utitur figuris, & amphibologijs, sed maximè delectatur hyperbole, ex musca faciens elephantum: & Ironiâ, dum audientem falsis laudibus dementat, qui si subitò respexerit, deprehendet post se (ùt S. Hieronymus loquitur) *auriculas agitari asini.* Est dialecticus. In illa arte perfectus, de qua S. Gregorius ait: *hujus mundi sapientia est: cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera sunt, falsa demonstrare, hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt.* Est Philoso-

2. Reg. 20.

Laurent: Justin. de humil. cap. 15. S. Bernardus epist. 193.

in Polyanthea.

Epist. ad Rustic. 10. Moral. c. 16.

phus rationalis, quamvis objectum illius non sit *recta ratio*, sed *Ratio statûs*. Sequitur sententiam Nominalium contra reales, multa habet complementa in ore, pauca cordimenta in pectore. Sequitur illam Machiavelli regulam: *Nullum tibi ex animo amicum æstima, neque tu sis ulli : ità tamen comes & blandus esto singulis, perinde quasi neminem non amaveris, honoris & amoris titulos repete, lauda affatim.* Est Philosophus naturalis, amator proprij interesse. *Cum natura horret vacuum* marsupium, rimatur naturam temporis, observat quid sit, vel non sit *de tempore*, ut possit tempori inservire: interea dum tempus elabitur, nihil cogitat de æternitate. Hæc mira res est, quòd velit videri realis, cùm tamen nec umbram realitatis habeat. Physica illius solos admittit colores apparentes; proinde fit pavonissimillimus, ùt loquitur Tertullianus: *Multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipse, semper alius, tametsi semper ipse, toties mutandus, quoties movendus.* Est metaphysicus plenus entibus rationis, imò totus est Chymæricus, quia totus politicus. Nam ùt S. Hieronymus scribit: *Verè monstrosa res est, speciem habere columbinam, & mentem caninam, professionem ovinam, & intentionem lupinam.* De his novis politicis rursum scribit idem purpuratus Dalmata: *Hoc est novum monstrum, ex duabus naturis contrarijs compactum, est nova bestia, imò est Chymæra.* Politicus est summus jurista, amat *summum jus, quod est summa injuria.* Defendit possibile esse *Dominium duorum in solidum:* proinde cupit duobus dominis famulari, vult ità *servire DEO*, ut non *offendat diabolum.* Sed quia tale servitium non succedit, neutrius partis fit libertus, sed totus libertinus, nec credit DEUM, nec timet diabolum. Politicus est medicus, qui ut multas habeat curas, frequentat Curias, & quia *dat Galenus opes*, maximam suæ crumenæ *curam gerit*, sibíque dictum putat *RECIPE.* Interea *cauteriatam habens conscientiam* nullam illius curam habet, quia, ùt vulgò dicitur: *hoc non debet Politicus curare.* Est Theologus, id est,

Lib. de Pallio c. 2.

Epist. 58.

1. Tim. 4.

DEI-

phus rationalis, quamvis objectum illius non sit *recta ratio*, sed *Ratio statûs*. Sequitur sententiam Nominalium contra reales, multa habet complementa in ore, pauca cordimenta in pectore. Sequitur illam Machiavelli regulam: *Nullum tibi ex animo amicum æstima, neque tu sis ulli : ità tamen comes & blandus esto singulis, perinde quasi neminem non amaveris, honoris & amoris titulos repete, lauda affatim.* Est Philosophus naturalis, amator proprij interesse. *Cum natura horret vacuum* marsupium, rimatur naturam temporis, observat quid sit, vel non sit *de tempore*, ut possit tempori inservire: interea dum tempus elabitur, nihil cogitat de æternitate. Hæc mira res est, quòd velit videri realis, cùm tamen nec umbram realitatis habeat. Physica illius solos admittit colores apparentes; proinde fit pavonissimillimus, ùt loquitur Tertullianus: *Multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipse, semper alius, tametsi semper ipse, toties mutandus, quoties movendus.* Est metaphysicus plenus entibus rationis, imò totus est Chymæricus, quia totus politicus. Nam ùt S. Hieronymus scribit: *Verè monstrosa res est, speciem habere columbinam, & mentem caninam, professionem ovinam, & intentionem lupinam.* De his novis politicis rursum scribit idem purpuratus Dalmata: *Hoc est novum monstrum, ex duabus naturis contrarijs compactum, est nova bestia, imò est Chymæra.* Politicus est summus jurista, amat *summum jus, quod est summa injuria.* Defendit possibile esse *Dominium duorum in solidum:* proinde cupit duobus dominis famulari, vult ità *servire DEO*, ut non *offendat diabolum.* Sed quia tale servitium non succedit, neutrius partis fit libertus, sed totus libertinus, nec credit DEUM, nec timet diabolum. Politicus est medicus, qui ut multas habeat curas, frequentat Curias, & quia *dat Galenus opes*, maximam suæ crumenæ *curam gerit*, sibíque dictum putat *RECIPE.* Interea *cauteriatam habens conscientiam* nullam illius curam habet, quia, ùt vulgò dicitur: *hoc non debet Politicus curare.* Est Theologus, id est,

Lib. de Pallio c. 2.

Epist. 58.

1. Tim. 4.

DEI-

Pag: 67.



I: Steger delineauit. *M: Riuola sculp:*

Pag: 67.



I: Steger delineauit. *M: Riuola sculp:*

DEIloquus multa coram pijs auribus de DEO garrit, ſed nihil credit, inter Theologos non eſt Doctor ſubtilis, quia tam craſsè errat. Non eſt Thomiſta, quia non ſequitur ſententiam Angelici Doctoris, ſed Sathanæ Angelici ſeductoris. Verbô eſt inſipiens atheiſta, qui in corde ſuo dicit: *Non eſt DEUS.* Eſt homo ſinè fide, ſinè lege, ſinè conſcientia. Et hæc eſt mundi Sapientia tam altùm inſanire. Qualis ſit iſta Sapientia, ſi ex fundamento ſcire deſideras? Audi Sanctum Jacobum Apoſtolum de illa taliter loquentem: *Non eſt iſta Sapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.* Pſalm. 13. Cap. 3.

Ex mundo Logici nolite fugare chymæras,
In mundo poſtquam Machiavellus adeſt.
Ille in ſe claudit contradictoria multa,
Ergo à parte rei magna chymæra datur.

S. ROMEDIUS.

Inimicus mundi, amicus DEI. Jacob. 4.

Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum 1. Joan. 5.

VAlde glorioſum eſt, vanam mundi ſpernere gloriam. Multùm igitur glorioſus eſt S. Romedius, qui vix prima Chriſtianæ perfectionis limina ſalutans, ſtatim toti mundo valedixit. Secutus eſt Joannis Evangeliſtæ monitum: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt.* Sprevit hunc amaſium 1. Joan. 2.

DEloquus multa coram pijs auribus de DEO garrit, ſed nihil credit, inter Theologos non eſt Doctor ſubtilis, quia tam craſsè errat. Non eſt Thomiſta, quia non ſequitur ſententiam Angelici Doctoris, ſed Sathanæ Angelici ſeductoris. Verbô eſt inſipiens atheiſta, qui in corde ſuo dicit: *Non eſt DEUS.* Eſt homo ſinè fide, ſinè lege, ſinè conſcientia. Et hæc eſt mundi Sapientia tam altùm inſanire. Qualis ſit iſta Sapientia, ſi ex fundamento ſcire deſideras? Audi Sanctum Jacobum Apoſtolum de illa taliter loquentem: *Non eſt iſta Sapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.*

Pſalm. 13.

Cap. 3.

Ex mundo Logici nolite fugare chymæras,
In mundo poſtquam Machiavellus adeſt.
Ille in ſe claudit contradictoria multa,
Ergo à parte rei magna chymæra datur.

S. ROMEDIUS.

Inimicus mundi, amicus DEI. Jacob. 4.

Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum 1. Joan. 5.

VAlde glorioſum eſt, vanam mundi ſpernere gloriam. Multùm igitur glorioſus eſt S. Romedius, qui vix prima Chriſtianæ perfectionis limina ſalutans, ſtatim toti mundo valedixit. Secutus eſt Joannis Evangeliſtæ monitum: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt.* Sprevit hunc amaſium

1. Joan. 2.

sium Romedius. Noluit se familiarem facere illius amori, cujus derivatio desumitur *à mori*. Sancta profectò hæc fuit superbia, quâ mundum calce protrusit, verè tunc fuit sanctè elatus, quando mundum pedibus subjecit. Nam, ùt ait S. Paulinus: *Est sancta superbia, quæ huic mundo superbit, & contemnit hoc sæculum.* Laudabilis planè est hæc mentis elatio, quæ altos fovens spiritus sublimia cogitat, super terrena omnia sese efferendo. Maximum hoc est *honoris punctum*, mundum tanquã punctum contemnere, ingens hæc est reputatio, se mundo esse superiorem, & omnia mundana se reputare inferiora. Ad tam sublimes cogitationes nos excitat Divus Ambrosius proclamans: *Discite in hoc mundo supra mundum esse.* Judicavit S. Romedius mundum nullam prorsus mereri æstimationem, in mundo enim juxta Ecclesiasticum nihil aliud est, nisì *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* In illo omnia sunt somnia; mundus est globosa bulla, rotunda nulla, sphærica nola, cujus tinnitu stulti amatores mundi delectantur. Totus mundus ridiculus est. Prævenit tamen Romedius risum mundi, mundum irridendo, nam teste S. Augustino: *iste mundus aut ridet nos, aut ridetur à nobis.* Ideo rectè monet S. Anselmus: *Si mundus, vel aliquid mundi ridet tibi, noli arridere illi, certè non ridet tibi, ut in fine risûs tu rideas, sed simulat risum, ut te irrideat.* Evitavit Romedius mundi fallacias, quæ juxta expertum S. Augustinum: *Plus habent deceptionis, quàm delectationis.* Id ipsum confirmat sanctissimus Doctor sequentibus verbis: *vincula hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, verum dolorem, incertam voluptatem, durum timorem, timidámque quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem: His tu inseras manus & pedes?* Et tamen, proh dolor! amatores hujus mundi tam aspera vincula delectant, & tanquam Samsones in sinu fraudulentæ Dalilæ vincti altissimè stertunt. Formositas mundi est splendor Iridis, Prisma trigonum, collum columbæ, cauda pavo-

Epist. 21.

Lib. de Virg.

Cap. 1.

Serm. 1. in Capite Jejunij.

in Psal. 41.

sium Romedius. Noluit se familiarem facere illius amori, cujus derivatio desumitur *à mori*. Sancta profectò hæc fuit superbia, quâ mundum calce protrusit, verè tunc fuit sanctè elatus, quando mundum pedibus subjecit. Nam, ùt ait S. Paulinus: *Est sancta superbia, quæ huic mundo superbit, & contemnit hoc sæculum.* Laudabilis planè est hæc mentis elatio, quæ altos fovens spiritus sublimia cogitat, super terrena omnia sese efferendo. Maximum hoc est *honoris punctum*, mundum tanquã punctum contemnere, ingens hæc est reputatio, se mundo esse superiorem, & omnia mundana se reputare inferiora. Ad tam sublimes cogitationes nos excitat Divus Ambrosius proclamans: *Discite in hoc mundo supra mundum esse.* Judicavit S. Romedius mundum nullam prorsus mereri æstimationem, in mundo enim juxta Ecclesiasticum nihil aliud est, nisì *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* In illo omnia sunt somnia; mundus est globosa bulla, rotunda nulla, sphærica nola, cujus tinnitu stulti amatores mundi delectantur. Totus mundus ridiculus est. Prævenit tamen Romedius risum mundi, mundum irridendo, nam teste S. Augustino: *iste mundus aut ridet nos, aut ridetur à nobis.* Ideo rectè monet S. Anselmus: *Si mundus, vel aliquid mundi ridet tibi, noli arridere illi, certè non ridet tibi, ut in fine risûs tu rideas, sed simulat risum, ut te irrideat.* Evitavit Romedius mundi fallacias, quæ juxta expertum S. Augustinum: *Plus habent deceptionis, quàm delectationis.* Id ipsum confirmat sanctissimus Doctor sequentibus verbis: *vincula hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, verum dolorem, incertam voluptatem, durum timorem, timidámque quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem: His tu inseras manus & pedes?* Et tamen, proh dolor! amatores hujus mundi tam aspera vincula delectant, & tanquam Samsones in sinu fraudulentæ Dalilæ vincti altissimè stertunt. Formositas mundi est splendor Iridis, Prisma trigonum, collum columbæ, cauda pavo-

Epist. 21.

Lib. de Virg.

Cap. 1.

Serm. 1. in Capite Jejunij.

in Psal. 41.

pavonis, quorum intuitu oculus maximè gaudet, dum maximè decipitur. *Quanta est humanæ mentis cæcitas!* exclamat S. Augustinus: *Turbat Mundus, & amatur: quid si tranquillus esset? flores ejus quomodo colligeres, qui à spinis non revocas manum?* Huic consonat, quod alibi proclamat: *O! Munde immunde, quid faceres dulcis, si amarus alimenta mentiris.* Non sapiunt cælestes dulcedines filijs hujus sæculi, non sunt illis ad gustum, quem habent mundano felle depravatum. *Fel draconum vinum illorum*, inquit sacra Pagina, & tamen magis amant hoc mortiferũ vinum, quàm mel Divinum. Tales sic alloquitur Divus Anselmus: *quàm suavis est Dominus, nequaquam scire potestis, quamdiu dulcis est vobis Mundus.* Furtivæ sunt hujus mundi aquæ de quibus Cosmophili loquuntur dicentes: *Aquæ furtivæ dulciores sunt communibus, & panis absconditus suavior.* Sed his reponit Hipponensis Præsul: *Si dulcis est mundus, dulcior est Christus, quia dulcis & rectus est Dominus.* E contra mundanæ aquæ sunt amarissimæ, *& omnis, qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.* Felicissimus profectò fuit Divus Romedius delicias mundi non gustando, majorem illi excitavit orexim Psaltes Regius canens: *gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Quàm primùm unicam hujus Divinæ dulcedinis guttam degustavit, mox insipiens mundus illi sapere non potuit, quia teste Doctore mellifluo, Cœlestes svavitates experto: *cui Christus incipit dulcescere, necesse est amarescere mundum.* Sed esto dulces appareant hujus mundi deliciæ, nihilominus sunt transitoriæ, quia *mundus transit & concupiscentia ejus.* O! homo dic mihi: te verbis S. Augustini interrogo: *Quid vis? utrùm amare temporalia & transire cum tempore, an Christum amare & in æternum vivere?* Nihilominus taliter Magnus lamentatur Gregorius: *mundo cadenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus.* Longè aliter se gesit magnanimus mundi contemptor Romedius, omni laude dignissimus, præ omnibus mundi mancipijs

Super Psalmos.

In Sermon.

Deut. 32.

Prov. 9.

de contemptu Mundi.

Psal. 24.

Joan. 4.

Psal. 33.

1. Joan. 2.

In Epist. Joan.

In Homil.

pavonis, quorum intuitu oculus maximè gaudet, dum maximè decipitur. *Quanta est humanæ mentis cæcitas!* exclamat S. Augustinus: *Turbat Mundus, & amatur: quid si tranquillus esset? flores ejus quomodo colligeres, qui à spinis non revocas manum?* Huic consonat, quod alibi proclamat: *O! Munde immunde, quid faceres dulcis, si amarus alimenta mentiris.* Non sapiunt cælestes dulcedines filijs hujus sæculi, non sunt illis ad gustum, quem habent mundano felle depravatum. *Fel draconum vinum illorum*, inquit sacra Pagina, & tamen magis amant hoc mortiferũ vinum, quàm mel Divinum. Tales sic alloquitur Divus Anselmus: *quàm suavis est Dominus, nequaquam scire potestis, quamdiu dulcis est vobis Mundus.* Furtivæ sunt hujus mundi aquæ de quibus Cosmophili loquuntur dicentes: *Aquæ furtivæ dulciores sunt communibus, & panis absconditus suavior.* Sed his reponit Hipponensis Præsul: *Si dulcis est mundus, dulcior est Christus, quia dulcis & rectus est Dominus.* E contra mundanæ aquæ sunt amarissimæ, *& omnis, qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.* Felicissimus profectò fuit Divus Romedius delicias mundi non gustando, majorem illi excitavit orexim Psaltes Regius canens: *gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Quàm primùm unicam hujus Divinæ dulcedinis guttam degustavit, mox insipiens mundus illi sapere non potuit, quia teste Doctore mellifluo, Cœlestes svavitates experto: *cui Christus incipit dulcescere, necesse est amarescere mundum.* Sed esto dulces appareant hujus mundi deliciæ, nihilominus sunt transitoriæ, quia *mundus transit & concupiscentia ejus.* O! homo dic mihi: te verbis S. Augustini interrogo: *Quid vis? utrùm amare temporalia & transire cum tempore, an Christum amare & in æternum vivere?* Nihilominus taliter Magnus lamentatur Gregorius: *mundo cadenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus.* Longè aliter se gesit magnanimus mundi contemptor Romedius, omni laude dignissimus, præ omnibus mundi mancipijs

Super Psalmos.

In Sermon.

Deut. 32.

Prov. 9.

de contemptu Mundi.

Psal. 24.

Joan. 4.

Psal. 33.

1. Joan. 2.

In Epist. Joan.

In Homil.

pijs ſummo contemptu afficiendis: nam juxta mentem
Epiſt. 45. Magni Aurelij: *quantùm illi laudandi atque prædicandi ſunt, qui dignati non ſunt etiam cum mundo florente florere, tantùm increpandi & accuſandi ſunt, quos perire cum pereunte delectat.* Nemo meliùs novit mundum, nisi qui expertus eſt, quid ſit mundus. Proinde quondam mundi pullus, nunc verò Columna Eccleſiæ Hipponenſis Antiſtes, Cosmophilos ſequentibus ſtrictè examinat. *O! amatores mundi, cujus gratiâ militatis? major non eſſe poterit ſpes veſtra in mundo, quàm ut amici mundi ſitis.* Verùm ab illius amicitia ſic nos dehortatur Beatus Jacobus Apoſtolus: *Amicitia hujus mundi inimica eſt DEI: quicunque ergo voluerit eſſe amicus hujus ſæculi inimicus DEI conſtituitur.* Divus ergo Romedius volens eſſe amicus DEI, non potuit eſſe amicus mundi. Uterque amor ad idem cor admitti non potuit, nam incluſio unius eſt excluſio alterius, hoc ipſum confirmante S. Cypriano, *mundi amor & DEI in uno corde habitare non poſſunt.* Cave! cave! quisquis ſapis, nè tibi plùs ſapiat amor mundi, quàm DEI, & amator mundi factus, inimicus DEI efficiaris. *Dic mihi* (verbis S. Bernardi utor) *ubi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum fuerunt? nihil ex eis remanſit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter, fuerunt ſicut tu: comederunt & biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Hìc caro eorum vermibus, illic anima eorum ignibus deputatur, qui ſocij fuerunt in vitijs, ſocij erunt in pœnis: una namque pœna illos implicat, quos unus amor in crimine ligat.* Plurimis illudit mundus; liceat ergo etiam mihi verbis ludendo huic luſori illudere, dicẽdo: quòd S. Romedius verè unus ex *Beatis mundo corde* volens retinere cor mundum, ad cor non admiſerit mundum, ſciens, quod ille non poſsit eſſe mundus, cui placet mundus, & citò eum fieri immundum, qui tangit mundum. Argutiſsimâ ſententiâ huic luſui ſuffragatur ingeniorum Phœnix Auguſtinus pariter ſic ludens: *ſi delectat te mundus ſemper vis eſſe immundus, ſi autem non delectat te*

In Confeſſionibus.

Cap. 4.

In Meditat.

De 12. abuſibus.

Matth. 5.

Tractat. 35 in Joañem.

hic

hic mundus, jam tu es mundus. Ideo audeo dicere; Divus Romedius non tantùm eſt mundus, ſed ipſum Cœlum eſt, quia excluſit hujus mundi cœnum, nam qui nihil habet de mundano cœno, plurimum habet de Empyreo cœlo, quod rurſum confirmat idem ſapiẽtiſsimus Doctor dicens: *Si vis eſſe Cœlum, purga de corde terram, ſi terreni nihil habueris, cœlum eris.*

Verùm iſta flocci pendit viliſsimus mundus. Nihil apud illum hæc omnia valent, cùm potiùs ille nullius ſit valoris. Hunc vaniſsimum ſui æſtimatorem mihi pariter libet ſequentibus verſibus vilipendere:

Si cupis eſſe valens, toti valedicito mundo,
Cujus pro nihilo gloria vana valet.
Suſcipe cœleſtem, mundanum ſperne valorem,
Quisquis pro mundo nîl valet, ille valet.

Mundo mortuus Romediùs totùs factus eſt homo Cœleſtis. Et nè quidquam illi de ſæculi vanitate adhæreret, veſtes ſæculares exuit, *prudentes in CHRISTO ſerpentes* imitatus, qui veterem pellem deponendo, acquirunt novam. Abjectis profanis veſtimentis, pariter depoſuit corruptam mundi vetuſtatem, doctrinam ſecutus Apoſtoli adhortantis nos *deponere veterem hominem, & induere novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.* Dixit Romedius in corde ſuo: *recedant vetera, nova ſint omnia!* mihi novitas placet, & vetuſtas diſplicet, in qua nullam DEUS habet complacentiam. Rectè ſanè proceſsit, factus novus homo Romedius, nam ſuffragante mellifluo Doctore: *duo homines ſunt vetus & novus. Ille terrenus, iſte cœleſtis: illius imago vetuſtas, iſtius novitas.* Si quæratur, quisnam ille ſit novus homo, quem tam inſtanter induere jubemur? Doctorem Gentium ſe ſe clariſsimè explicantem audiamus: *Induimini Dominum JESUM CHRISTUM*: ſed quomodo Divinus iſte veſtitus induendus eſt? elegantem modum hujus veſtitio-

Matth. 10

Epheſ. 4.

Serm. 30. inter parvos.

Rom. 13.

nis nobis ſuggerit Divus Chryſoſtomus dicens: *Induere CHRISTUM eſt undique in nobis per Sanctimoniam & manſuetudinem CHRISTUM conſpicuum eſſe.* Et hæc fuit Sancti Romedij (ſi peregrino termino uti licèt) ſpiritualis Galla, qua ſplendidè veſtitus, coram *Rege Regum & Domino Deminantium* etiam in encænijs honorificè potuit comparere. Si enim juxta Sanctum Auguſtinum: *Jam uſus habet hoc verbum: ſi quis novâ tunicâ induatur, encæniare dicitur.* Romedius CHRISTUM induendo encæniavit. O! Chriſtiane non ſolo nomine, ſed ſimul opere Chriſtum indue, ut perpetua poſsis in Cœlo encœnia celebrare.

Tract. 48. in Joan.

Nos ad ſtulta vocat nugax encœnia mundus:
Tunc movet ad ſaltum muſica læta pedes.
Ad ſacra invitat cunctos encœnia Paulus:
Tunc podagrâ afflictus quilibet eſſe ſolet.

DOMUS PROFICIENS

2. Reg. 3.

Gloria Politica Domûs Thunianæ.

MAgna eſt gloria Domûs Thunianæ, per tot ſæcula perſtitiſſe in gloria. Illi accommodari poteſt, quod de Domo David Sacer textus profert elogium: *Domus* Thun *ſemper proficiens, & ſe ipsâ robuſtior.* Hoc ut oſtendam: Sancti Romedij Romana

2. Reg. 3.

pro

profectio ſtylum meum Romam evocat, ex cujus Patriciorum gremio prognata eſt ſtyrps Thuniana. Decens erat, ut à Roma mundi capite illi deſcenderent, qui futuri erant capita Imperij, Regnorum & Provinciarũ. Oſtendit hæc familia ſe Romanam eſſe: Nam Roma veſtiariũm eſt ſacræ purpuræ & profanæ. Utramque gloriosè induit familia Thuniana. Roma hortus eſt, in quo florent coronæ imperiales, tali corona redimita fuit familia Thuniana. Roma fœcundus ager eſt, in quo creſcunt ſceptrorum ſegetes, ſceptrum quoque imperiale plantatum eſt in manibus Familiæ Thunianæ. Roma pomarium eſt, in quo naſcuntur poma Imperialia: hoc etiam pomum implevit volam familiæ Thunianæ. Denique Roma eſt Templum honoris. Familia de Thun ſimiliter gaudet tot glorioſis titulis, ut jure Pantheon honorum poſsit appellari. Utque à ſummis capiamus auſpicium: humana ſæculi dignitas eſt Majeſtas Imperatoria. Ejus thronum Familia de Thun conſcendit, quæ in Græcia ſedem Imperialem occupavit. Nè verò hoc ex vacuo dixiſſe videar: aſſerto meo adſtipulatur Stumpfius l. 2. chron. c. 23. §. 221. ſuffragatur manu ſcriptum Archivij Einſidlenſis volumine 1. claſſe VIII. ſub Lit. C. fol. 104. N. 44. Nec defuiſſent animô regiô prædi ti Succeſſores Thuniadæ, ſi quemadmodum illis natura dotes Regias, ità fortuna ſceptrum offerre voluiſſet. Sufficiat, quòd ipſa virtus contulerit Familiæ de Thun Vicariam Romani Imperij Majeſtatem. Fuit Concilium Tridentinum tam ſacræ, quàm politicæ gloriæ Amphitheatrum. In quo dum Regis Catholiciſsimi, & Chriſtianiſsimi Oratores de præcedentia diſputant, dum neuter vult eſſe tertius, uterque Auguſtiſsimi Cæſaris Oratori factus eſt ſecundus. Hujus prærogativæ honor Familiæ Thunianæ delatus eſt: Nam ex illa SIGISMUNDUS de Thun ab Auguſtiſsimo Cæſare deſignatus Orator primas obtinuit ante omnes fidei Orthodoxæ ſæculares Oratores. Et ſic ultra omnes provecta eſt Thuniana

A Chriſti 383. Pirh. Pirc. hiſt. di Trent. & Matth. Burckhech.

Aquila, Romani Jovis Majestatem Aquilam repræsentando. Elevata est Familia de Thun non tantùm inter Oratores, sed etiam promota est, *ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Numerat hæc glorioſa Familia ſeptem Romani Imperij Principes, & ex his duos Germaniæ Primates. Quorum gloriam cùm præſens pagella non capiat, illorum particularia encomia pro ſequentibus reſervantur.

Hôc tamen locô prætereundus non eſt ſilentiô GUIDOBALDUS de Thun, cujo gloria in rebo politicis ſapienter tractandis vel ex hoc ſolo elucet, quòd in Comitijs Imperialibus Ratisbonæ conſtitutus fuerit Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Plenipotentiarius. Ex hoc unico titulo, veluti ex ungve leonem magnitudinem hujus Principis menſuremus. Si enim per parvos canales non ducuntur vaſta flumina, nec ad foſſulam poſſunt transfundi maria, neque parva ſcrobs capit oceanum, multò minùs Auguſtum capi poteſt ab anguſto. Quantus ergo cenſendus eſt GUIDOBALDUS, & quàm capax æſtimari debet illio animus, cui ſe infudit tanquam Plenipotentiario Majeſtatis plenitudo. Hactenus ſemper favit huic Illuſtriſsimæ Domui Sereniſsima Domus Auſtriaca, unde facti ſunt Thuniadæ Domeſtici ejus. Parum dico Domeſtici, imò *majores de Domo.* GEORGIUS enim de Thun, quia inter tot rerum, & regnorum diſturbia, in ſervanda Auſtriacæ Domui conſtanti fidelitate ſemper imperturbatus permanſit, creatus eſt MAXIMILIANI Imperatoris Supremus Camerarius, à quo in tantum dilectus fuit, ut apud eundem gloriosũ Cæſarem etiam clavim habuiſſe viſus ſit ad Cameră charitatis. Fuit major de Domo CHRISTOPHORUS de Thun, qui inter Magnates ad magna nato, inter magnos Aulicos FERDINANDI II. eminuit tanquã Suprem, Aulæ Præfectus. Hic nisi fuiſſet vir ex omni parte perfectus, non fuiſſet unquam tantæ Aulæ præfectus. Denique Illuſtriſsima hæc Familia ſemper fuit de Domeſtica Familia

lia Auſtriacæ Domûs, adeò ut etiam vocata ſit ad intimum ſecretiorum Conſiliorum conclave. Habent quidem Illuſtriſsimi Thuniadæ prædicatum Conſiliarij intimi cum alijs magnis Familijs commune, hoc tamen præ cæteris pluribus habent ſpeciale, quòd unius fortunatiſsimi parentis JOANNIS SIGISMUNDI de Thun, quatuor glorioſi filij MICHAEL, MAXIMILIANUS, FRANCISCUS, & ROMEDIUS eodem tempore magni Cæſaris LEOPOLDI intimi Conſiliarij, admiſsi ſint ad Romani Jovis diphteram inſpiciendam. Rarum profectò fuit ex ſolis Comitibus de Thun intimum formari potuiſſe conſilium: ſi enim tres faciunt Collegium; etiam quatuor Germani fratres Thuniadæ ſuffeciſſent ad formandum integrum Conſiliariorum conſeſſum. His noviſsimè accedit quòd Excellentiſsimus Dominus Comes MAXIMILIANUS de Thun, à Sereniſsima Domo Auſtriaca, aureo vellere fuerit condecoratus.

Præcedentia loci res eſt magnæ diſputationis; unde non tantùm humaniorum litterarum ſtudioſi, ſed etiam nobiliſsimæ familiæ diſputant *pro loco*. In hoc meritorum certamine tam præclarè ſe geſsit Familia Thuniana, ut eodem tẽpore Bohemia viderit Comites MICHAELEM & ROMEDIUM locũ obtinentes inter Regios Locumtenẽtes, verificatúmque fuerit, quòd tenens condecoret locum, & locus ornet tenentem.

Si plura ad præſentem materiam ſpectantia de hac Illuſtriſsimorum fratrum digna planè quadriga Jove, ſcire deſideras: Thuniano ſtemmati glorioſum eſt, quòd poſt motas graves (quas moderni ſæculi politia ſuggerit) difficultates, dexteritate tamen Eminentiſsimi Cardinalis de Thun ſuperatas, nomine totius Romani Imperij, MICHAEL OSWALDUS Comes de Thun ablegatus fuerit ad congratulandũ Invictiſsimo Cæſari LEOPOLDO de inſigni victoria ad S. Gotthardum in Ungaria contra capitalem Chriſtiani nominis hoſtem feliciter obtenta.

Quod inexpectatum gaudium adeò Cæsaream Aulam recreavit, ut tam boni nuntij bajulus pro refocillatione sua ab Augustissimo Cæsare jussus sit sedem capere inter Regios Bohemiæ Locumtenentes. Neque tantùm in hac dignitate remansisset, sed propter raram in rebus gravioribus expediendis prudentiam, & singulares qualitates, ad altiores in Aula Cæsarea dignitatum gradus evectus fuisset, nisì illum inconstans valetudo ab hoc honore & onere acceptando, modestè excusâsset.

Quàm admirando splendore, quantâ pompâ Imperiali Majestate digna, Sponsam suam pretiosissimam Margaritham Magnus Cæsar LEOPOLDUS exceperit, famæ publicæ buccina per universum orbem divulgavit. Nullis tunc parcebatur sumptibus, quisque in honorem sui stemmatis cedere id totum credidit, quod in contestationem suæ erga Augustissimum devotionis, ad condecorandum tantæ solemnitatis actum expendit. Inter clarissimas Familias laudabilis fervebat concertatio, quænam majori splendore advenienti Augustæ occurrere posset. Nulli tunc erat manus clausa, quia illam plenè aperuit tam nobilis æmulatio. Inter reliquas illustrissimas personas Augustissimæ Sponsæ obviam missas, splendidissimè comparuit Excellentissimus Dominus MAXIMILIANUS de Thun, qui sumptuosissimo apparatu adeò splẽdorẽ Augustæ Vieñam ingrediẽtis adauxit, ut in cõcursu penè totius orbis, omnium spectatorum ex diversis nationibus confluentium singularem plausum retulerit, nec non specialem Familiæ de Thun promoverit æstimationem.

Non tantùm militari gloriâ, sed etiam politico honore resplendet Excellentissimus Dominus FRANCISCUS Comes de Thun, quem propter singularem meritorum prærogativam Invictissimus Cæsar LEOPOLDUS dignum existimavit; qui ad Beatissimum Patrem INNOCENTIUM XI. summum Ecclesiæ Pastorem, gaudiô plenissimum totíque Christianitati tot votis optatum adferret

ferret nuntium, tandem ferè poſt duorum ſæculorum decurſum excuſſò machometicô jugô, à ſiniſtris Lunæ Turcicæ aſpectibus liberatam Budam, Regni Hungariæ Metropolim, & victricibus Cæſaris armis expugnatam; iterum ſalutares CHRISTI, *qui ſol eſt juſtitiæ* radios, & influentias recepiſſe. *Malach. 4.* Vix Aquila Thuniana cum tam gratis novalibus ad Urbem ſepticollem advolavit, mox Caput Eccleſiæ, & Roma Caput mundi, inexplicabili repletum fuit gaudiô, quod reliqua membra per conſenſum tenerrimè ſenſerunt, exceptis illis, quæ à Lunæ Turcicæ malè amicis influentijs facta paralitica, tanquam mortua omnem Chriſtianitatis ſenſum perdiderunt, ſolo Chriſtianiſsimo nomine retento. Quàm bene huc quadrat illa Apocalypticæ Aquilæ ſententia: *Nomen habes, quòd vivas & mortuus es.* *Apoc. 3.* Sed ſinamus mortuos; cum vivis agendum eſt, dum ex omni parte acclamatur: Vivat Invictiſsimus Cæſar LEOPOLDUS Budæ triumphator! Ad has voces graviſsimis Eccleſiæ curis proſtratus, revixit INNOCENTII ſpiritus, oſtendítque ſe vivere, quia monſtravit ſe rectè ſentire: dum proprium de occupata Buda ſenſum, univerſo orbi in publico manifeſtavit, privatim autem magnitudinem gaudij ſui Excellentiſsimo Domino Comiti explicuit, nec non habito reſpectu ad præclara illius merita & eximias qualitates, pro allato tam felici nuntio, eidem magnam crucem inter Equites Melitenſes ſpecialioris prærogativæ indicem contulit, & titulô Balivij honoravit.

Nec minùs glorioſum eſt Familiæ Thunianæ, quod in modernis periculoſiſsimis Galliæ contra Romanum Imperium machinationibus, in quibus undique perfidiæ & fraudulentiæ venena miſcuit, quibus nonnullæ Germaniæ Urbes infectæ, & lue Gallica corruptæ fuiſſe deprehenſæ ſunt, idem Excellentiſsimus Dominus FRANCISCUS ab Auguſtiſsimo Cæſare deputatus fuerit Commiſſarius, ut Erfordiam non vanis ſuſpicionibus obnoxi-

am; in fidem Cæsaris reciperet, & homagiô præstitô in Germana fidelitate confirmaret.

Hôc locô minimè silentiô prætereundus est Excellentissimus Dominus Comes ROMEDIUS de Thun, qui ab Augustissimo Cæsare totius Districtûs Chrudimensis in Regno Boëmiæ constitutus Capitaneus, compluribus annis non tantùm in negotijs politicis tractandis, & occurrentibus casibusdijudicandis maturam prudentiam, sed etiam in militaribus motibus, & maximè dum ad obsessæ à Turcis & jamjam agonizantis Vieñæ liberationem, ex omnibus locis Christianus miles conflueret, suñam experientiam, & dexteritatem ostendit. Quapropter ab Augustissimo Cæsare ob eximia sua merita ad altiorem honoris gradum promotus, & Regijs Boëmiæ Locumtenentibus est adnumeratus, nec non in ejusdem Regni publicis Comitijs Annô 1692. non sinè magno Familiæ de Thun decore, Cæsarei Commissarij gessit characterem.

Recentia hæc sunt gloriæ politicæ in Comitibus de Thun præclara spécimina. Quibus ex annis pristinis, & veteri sæculo non parvus splendor accedit, per Erasmũ, Joannem, Michaëlem, Balthasarem, Victorem, Sigismundum, Christophorum, Martinum, Cyprianum omnes Comites de Thun: quorum nomina dum proferuntur, meros audis Regionum, Vallium, Districtuum, Urbium, Arcium Supremos Capitaneos, Regentes ac Gubernatores, ità ut Illustrissima hæc Familia ad regimen nata esse videatur. Denique si in fine omnes honorum titulos, quibus Illustrissima Thuniadum Domus exornatur, usque ad finem deducere vellem, foret finis sinè fine; & in fine nullum invenirem finem, sed dum vellem finire, inciperem inire novam Thunianæ gloriæ narrationem, semper plùs ultrà continuandam, & nunquam finiendam:

Mos bonus, & non os, Virtus, non garrula lingva,
Vos Comites de Thun semper ad alta vehit.
Thuniadum mores multi comitantur honores,
Plus mos, sed minus os, plus valet ore manus.

DIGRESSIO VI.

Quid sit Mundus?



Eneroſa S. Romedij reſolutio, quâ tranſitoriam mundi contempſit gloriam, me interrogare facit Coſmophilum, quid ſit mundus? Dic ergo infaſcinate Amator mundi? quid eſt mundus? Taces? profectò amas aliquid quod ignoras, diligis, quod neſcis, quàm mirum eſt, quòd ignoti ſit tanta cupido! hic amor planè cæcus eſt, vel parum videns. Rectè dixit Theocritus, *amori, quæ pulchra non ſunt, ea pulchra videntur.* Unde vulgaris canit paræmia

Quisquis amat ranam, ranam putat eſſe Dianam.
Quisquis amat cervam, cervã putat eſſe Minervã.

Verè hic amor infantilis eſt, proinde cum pueris remittendus ad ſequens Alphabetum, quod juxta latinarum litterarum ordinem mundum graphicè deſcribit. Vis ſcire quid ſit mundus?

A *Rithmeticis* eſt mundus, *in quo generatio advenit, generatio præterit.* Vix aliqua fit rerum *additio*, mox ſequitur earundem *ſubtractio.* Vix aliqua fit hominum *multiplicatio*, & mox ſequitur animæ à corpore *diviſio.* Utitur ordinariè hic Arithmeticus ſuo lucro intentus *regulâ falſi* ponendo X. pro V. In fortuna autem ſequitur *regulam cæci.* Ba- Eccl. 1.

BAbylon est mundus: quæ interpretatur *confusio*. Miscentur in illa quadrata rotundis, omnia volvuntur súsque déque, quod curvum est, dicitur rectum, quod iniquum est, vocatur æquum, &, ùt loquitur S. Hieronymus, *quidam superbiam liberalitatis locò ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiæ vice amplectuntur, & stultitiæ simplicitatis nomen imponunt, atque fallaci similitudine decepti, vitijs pro virtutibus gloriantur.*

ad Demetr.

CHymicus sophista est mundus, qui *laborantes* enormiter decipit. Hi dum *omnem movent lapidem*, ut *lapidem Philosophorum* inveniant, totam animæ suæ substantiam dilapidant, & tunc verè fiunt morbô paupertatis *laborantes*. Igne metalla torquent, ut indè tincturam auri eliciant, & post omnia ipsimet ad illum ignem deveniunt, qui æternùm torquet. Omnes conatus adhibent, ut metalla tingere possint; ac tam diu tingunt, & fingunt, donec in fraude sua deprehensi condemnentur ad illum locum, in quo incarceratus tenetur dives Epulo, qui optat posse *intingere extremitatem digiti sui in aquam, ut refrigeret lingvam suam.*

Luc. 16.

DIsputatio *intricatissima* est mundus, in qua quot capita, tot sententiæ opinantium, adeoque disputatio, & putatio unicâ differunt syllabâ. Rectè dixit Ecclesiastes: *tradidit DEUS mundum disputationi eorum.* Sed non omnes pergunt in eadem forma: nam rustici argumentãtur in *Dabitis*, milites in *Ferio*, politici in *Celarent*, & *celantes*. Aulici in *Cesare*. In hac concertatione, quod majori conceditur, minori negatur, in statu autem improportionati matrimonij, plurimùm in usu est *dilemma*, seu *Cornutus* syllogismus. Omnibus tamen prævalet pecuniæ *Ergo*, quâ dum aliquid consequi vis, infallibilem penè facit consequentiam. Nihilominus nemo disputantium recogitat, quòd omnes properent in *festino* ad sepulchrum.

Cap. 3.

ECho publica est mundus, quæ Confessario interroganti, fuistíne sæpiùs *mentita?* respondet *ità*. Habuistíne in corde fel, in ore verba mellita? *ità*. Num frequenter manserunt delicta impunita? *ità*. Fuítne justitia sæpiùs vendita? *ità*. Etiam altera parte inauditâ? *ità*. Fuítne malô titulô à te pecunia conquisita? *ità*. Fuítne res proximi à te concupita? *ità*. Et à corrupto judice acquisita? *ità*. Nec cogitas de restitutione tuâ vitâ? *ità*. Ergo spes omnis remissionis est perdita? *ità*. Et sic tota tua conscientia est consopita? *ità*. Igitur pro pœnitentia tua punieris pœnâ infinitâ? *ità*.

FOrnax *spagyrica* est mundus, in qua conficiunt Monarchæ *tincturam solis* volentes esse cum sole soli Domini. Aulici *aquam stomachalem* aptam pro duris bolis concoquendis. Judices *aurum potabile*, nè pota bile criminibus irascantur. Theologi *aquam laxativam* valentem pro conscientijs relaxandis. Scholastici *aquam mirabilem Langij*, quia sunt *in mirabilibus super se ambulantes.* Milites *aquam fortem*, apud illos enim plus valet *vis*, quàm *jus*, nam *inter arma silent leges.* Cives *spiritum formicarum*, cum quibus laboriosè alimenta conquirunt. Rerum œconomicarum præfecti *spiritum Mercurij*, qui furum Deus est & patronus. Gynecæum *aquam Cosmeticam*, quæ turpissimas Megæras in Helenas transformat. Dissidentes conjuges invicem cornibus petentes, fortissimum *spiritum cornu cervi* distillant. Denique potior mortalium pars gaudet *spiritu Tartari*, & pauci inhiant illi *aquæ vitæ*, ad quam mortales invitant Spiritus & Sponsa dicentes: *Qui sitit veniat, & accipiat aquam vitæ gratis.* Apoc. 22.

GRammaticus pessimus est mundus. Ignorat principales literas, dum nescit illum, qui est *Alpha & Omega:* Malè declinat *bonus, bona, bonum.* Ambit vanos titulos in *Nominativo.* Inhiat vetitis delicijs in *Genitivo.* Judices corrumpit in *Dativo*; quærit excusationē in peccatis, Isaiæ 41.

catis in *Accuſativo.* Prætexit ſpecioſos & coloratos titulos, & æquivocas voces in *Vocativo.* Nec de ablatorum reſtitutione unquam cogitat in *Ablativo.*

H *Orologium* eſt mundus, ſed vitioſum: tot rotis conſtat, ut ad vertiginem uſque rotetur, aliter ſonat, aliter indicat, aliter loquitur, aliter ſentit, linguæ index non concordat cum corde. Ponderibus trahitur, ſed auri. Hôc demptô vel planè ſubſiſtit, vel tam tardè in operationibus ſuis movetur, ut minuta in Tribunalibus excreſcant in annos. Adjectô autem auri pondere ad accelerandas expeditiones currit citò, citò, citiſsimè.

I *Udas* nequam eſt mundus, Magiſtrum proprium prodit, quia veritatem illius odit. Vendit CHRISTUM, ut ditet fiſcum. Pluris facit unum argenteum, quàm DEUM. Magis æſtimat numũm, quàm Numen; offert oſculum, ut inſpiret venenum. Dum dicit ave, tibi cave, habet in ore mel, in corde fel.

K *Alendarium* eſt mundus: ſed antiquum: quia *nihil*
Eccle. 1. *ſub ſole novum.* Tempora metitur, & plurima
mentitur. Quando ſerenitatem promittit, decidunt plu-
Prov. 14. viæ lachrymarum, & *extrema gaudij luctus occupat.* Totus
illi annus unicus menſis eſt, perpetuus & inconſtantiſsi-
mus Aprilis, qui ſe juxta hoc Kalendarium dirigit, non *ſo-*
Eccli. 27. *lis* curſum ſed *Lunæ* obſervat. Quia *homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ùt Luna mutatur.*

L *Uſus trapularum* eſt mundus. *Baſtoni* fuſtes Romanorum faſces repræſentãt, per quos *potentia* deſignatur. *Spadi* ſimiles ſunt gladijs, *Copi* poculis, *Denari* nummis. His luditur, colluditur, & illuditur. In hoc mundano luſu omnia opprimit per *baſtoni potentia*, omnia evertit per *Spadi violentia*, omnia prodit *per copi violentia*, omnia emit per *Denari opulentia.*

Mon-

Monſtrum eſt mundus. Plures gyrat oculos, quàm centoculus Argus: nec tamen rectè videt. Plures oſtendit facies, quàm biceps Janus; & futura non proſpicit. Plura erigit capita, quàm triceps Geryon, & nondum capit hanc ſalutarem ſententiã, *utinam ſaperent, & intelligerẽt, ac noviſſima providerent.* Deniq; plures vibrat manꝰ, quàm centimanꝰ Briareus, & tamen parũ boni operatur. Devt. 32.

Nota muſicalis eſt mundus. Et quidem magna nota, cùm ſit nota omnibus. Hæc unica nota omnes ſcalæ muſicæ notas complectitur. Nè igitur hæc nota tibi ſit ignota, illa, quæ dicturus ſum accipe ad notam, ſed quod notaveris, nota bene.

UT, Re, Mi, Fa, Sol, La, mundus modulatur,

UTilitatem propriam in omnibus ſectatur,

REſpectúmque hominum undique venatur,

MIllenis divitijs nunquam ſatiatur,

FAmæ vanam gloriam ſemper aucupatur,

SOlis puerilibus nugis delectatur,

LAborésque animæ utiles averſatur.

Oceanus eſt mundus, in quo diverſa ſorte navigatur, alius ſulcat inter adverſitates *Mare aſſherum*, alius tranat *Mare pacificum*. Hic ſecundô ventô devehitur ad *Inſulas Fortunatas*, ille vi tempeſtatum jactatur ad *Inſulas latronum*. Hic ad alta aſpirans attingit *Inſulam Aſcenſionis*, ille honoris naufragium patitur apud *caput deſolationis*. Unus faventibus Zephyris pervenit uſque ad *caput bonæ ſpei*, alter navigationem ſuam terminat in *Inſula Triſti*. *Hic recenſentur nomina propria locorum maritimorum.*

triſti. Hic feliciter navigat ad *caput viride*, ille finem vivendi facit in *capite finis terræ.*

PUnctum eſt *mundus*, ſi non punctô minor. Illi (ſi rectè vis valere) dic: *punctum vale.* Ingeniosè de hoc puncto more ſuo diſcurrit Seneca. *Hoc eſt illud punctum, in quo bella geritis, in quo regna diſponitis. Hoc eſt illud punctum quod inter gentes ferro & igni dividitur. Nemo magnus in puncto. Punctum eſt, quod vivimus, & adhuc punctô minus.* Eheu, inſenſati mortales *ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.*

Job. 21.

QUæſtor eſt mundus. De mero cogitat *intereſſe.* Ubi nullum lucrum ſperandum eſt, ibi non vult intereſſe. Nihil illius intereſt, ſi non adſit intereſſe. Exiguam habet audientiam, qui nullum adfert intereſſe. *Si nihil attuleris, ibis Homere foras.* Optaret intereſſatus mundus, ut quotidie foret feſtum ſancti Georgij, aut ſancti Galli, non ut *ſummæ Miſſæ* interſit, ſed ut ex *ſuña ſuñarum* accipiat intereſſe. De Sacro nihil cogitat, quem *ſacra fames auri* affligit. Si tamen in aliqua parte Sacro attentus eſt, tota illius cogitatio ſollicita eſt de bono *Offertorio.*

RUſticus eſt mundus, & (ſi ità loqui licet) cum pleno titulo *magnus Grobianus.* DEUS pro illo factus eſt totus humanus, ille autem coram humaniſsimo DEO vix pileum deponit. DEUS pro illo *inclinavit Cælos & deſcendit;* ille ad Evchariſticum Panem deſcendenti vix caput inclinat. Coram *Domino Dominantium* in faciem procidunt cæleſtes Aulici, & craſſus hic Coridon magna cum difficultate unum genu flectit. Cùm igitur ignoret bonos mores, dolenter exclamandum eſt: *o tempora! o mores!*

Pſal. 17.

SEpulchrum eſt mundus. Hoc ſepulchrum dicit ſe pulchrum, quia etiam in ſe pulchrum claudit Abſolonem. Sepulchrum eſt hoſpitium mortuorum, in quo pernoctant uſque dum illuxerit ſuprema dies. Se-

pulchrum est dormitorium defunctorum, in quo requiescunt à somno excitandi per novissimam tubam. Similiter mundus est palatium ipsius mortis, à quo enim *invidiâ diaboli mors intravit in mundum*, mox in illo cœpit possessionem, & totus mundus factus est *residentia mortis*. Sap. 2.

THeatrum est mundus, in quo paucæ aguntur comœdiæ, sed multæ tragœdiæ producuntur. Dum aperitur scena, personæ exeunt, & aliæ intrant. In hoc theatro actores nos homines sumus, nam juxta Synesium: *DEUS & fortuna diversa vitæ genera, quasi personas quasdam in hac ingenti mundi fabula inducit.* Rectè igitur nobis agendum est: quia ùt ait Seneca, *quomodo fabula, sic & vita, non quamdiu, sed quàm bene acta sit refert; Nîl ad rem pertinet, quô locô desinas.* Desine! tantùm bonam clausulam impone. Bene age quamdiu poteris, quia *in ictu oculi clauduntur omnia.*

VAcuum est mundus, in quo merum *nihil* reperitur. Omnia, quæ in mundo sunt, *nihil* sunt. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*, adderem & omnia vacuitas. Ex quo peccatum intravit in mundum, nihil boni remansit in mundo, sed meris peccatis plenus est, & ideo vacuus: idcirco dum peccatum habet, nihil habet. Nam teste S. Augustino *peccatum nihil est, & nihil fiunt homines, dum peccant.* Nullus hìc est *metus vacui*, cùm omnes hoc vacuum ament. Si tamen hoc mundanum vacuum tibi persvadere non potes, ut illud impleas: dic: *stultorum plena sunt omnia.* Eccl. c. 1. Tract. 1. in Joan.

XEnodochium est mundus, in quo *pauper ubique jacet.* Magna in ipso reperitur infirmaria. Decumbunt in illo ægroti peccatis infecti capitalibus, habentes morbum verè capitalem. Jacent in illa correpti delictis mortalibus, verè infirmi usque ad mortem. Reperitur ibidem innumerabilis propè numerus laborantium illis febribus, de quibus S. Ambrosius ait: *nec minorem febrem amoris dixerim, quàm caloris, illa animum, hæc corpus inflammat.* Lib. 4. in Luc. c. 4.

1. Joan. 5. *Febris noſtra avaritia eſt, febris noſtra luxuria eſt, ſebris noſtra iracundia eſt. Denique cùm totus mundus in maligno poſitus ſit:* plurimi mortalium laborant febribus malignis.

Yſilon eſt mundus, ſeu litera Pythagoræa bivium virtutis & vitij repræſentans. Siniſtram tenet vitium, & dexteram virtus. Illa ducit ad mortem, hæc ad vitam. Prima tendit ad latam portam, altera ad anguſtam. Utriusque itinerarium deſcribit per Evangeliſtam

Matth. 7. ſacra pagina his verbis: *Lata & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam.*

Zabulus ſeu diabolus eſt mundus. Ille in ſacra

Matth. 12. ſcriptura appellatur *ſpiritus immundus*: etiam totus mundus immundus eſt; *in quo nemo mundus à ſorde, nec*

3. Reg. 22. *quidem infans cujus vita eſt unius diei ſuper terram.* Diabolus eſt *ſpiritus mendax*, mundus quoque mentitur ſplendidiſsimè, reputationem ſe amiſſurum reputans, ſi datam parolam ſervet, & fiat ſclavus verborum ſuorum. Diabo-

Pſal. 90. lus eſt *negotium perambulans in tenebris*: mundus pariter ſua

Joan. 3. negotia in tenebris peragit, nam *qui malè agit, odit lucem.*

Actor. 19. Diabolus eſt *ſpiritus nequam*: mundus autem eſt nequiſsimè Machiavelliſticus, glorioſum ſibi ducit, ſi grandis pſevdo-politicus, id eſt, *nequam in folio* appelletur. Ah! fuge, qui ſapis, hoc perniciosum Alphabetum. Præſtat te eſſe hominem idiotam ſinè literis, quàm tam malè literatum.

Sola tibi nota eſt *occidens littera* munde,
Nulla eſt *vivificans littera* nota tibi;
Cùm bona nulla tibi ſit cognita littera, quis te
Grammaticum poterit dicere munde bonum?

S. RO-



Joan: Steger del: M: Rivola Sculp:

S. ROMEDIUS.

Chriſto confixus Cruci. Galat. 2.

In cruce Chriſti gloriatur. Ibid. 2.

AMici DEI hoc penè cum DEO habent commune, quòd ſint immutabiles. Amicitia illorum cum Chriſto indiſſolubilis eſt, ità ut Doctor gentium proclamare audeat: *quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate DEI.* Amici DEI quodammodo fiunt idem cum DEO, nam teſte Joanne Evangeliſta, *DEUS charitas eſt, & qui manet in charitate, in DEO manet, & DEUS in eo.* Ex quo beatiſsimum conſequitur unitertium, quòd amici DEI ſint idem inter ſe, quia ſunt idem cum DEO. Hanc ſanctæ amicitiæ identitatem Romedius DEO conjunctus habuit cum ſanctis Martyribus Siſinio, Martyrio, & Alexandro, quibus *eandem gratiam, quam præbuerat vivis, ſervavit & mortuis.* Poſtquam enim locum, in quo ſancti Capadoces palmam martyrij obtinuerunt, à ſancto Vigilio edoctus resciviſſet, ſummô deſideriô flagravit amicos ſuos mortuos tenerrimo pietatis ſenſu honorandi; & ſic ſe verum

Rom. 8.

1. Joan. 4.

Ruth. 2.

eorundem amicum esse ostendit, nam teste Cointho Smyrnensi l. 2. *Is demum amicus est, qui etiam extincti memoriam amici servat.* In hac religiosa mortuorum amicorum veneratione cum Seneca dicere potuit: *mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis est.* Et quomodo illi dulcis non fuisset, credendo illos post degustatum amarum
Epist: 3.
1. *Petr.* 2. passionis calicem, jam in cælis experiri, *quoniam dulcis est Dominus.* Erexerat in loco Martyrij Sanctus Vigilius salutiferæ crucis trophæum. Coram illo Romedius devotissima humilitate procubuit, & authorem victoriæ Christum adoravit: nam ùt ait S. Petrus Damianus: *In signo victoriæ victorem colimus, & adorando crucem, ipsum, qui crucifixus est, adoramus.* Ardentissimo affectu sacram amplexatus est crucem Romedius, probè sciens in unica cruce infinitam propè encomiorum congeriem reperiri. Si enim ex sanctis Patribus quæratur, quid sit crux Christi? Ex ore aureo hoc gravissimum, quia aureum profert præconium Chrysostomus: *Crux est Christianorum spes, crux Romanorum victoria, mortuorum resurrectio, claudorum baculus, pauperum consolatio, lignum vitæ æternæ.* Hunc sacrum baculum arripuit Romedius, ut illo tanquam scipione uteretur, & gressus suos firmaret ad patriam sinè lapsu perventurus. Apprehendit Romedius hoc *lignum vitæ*, ut inflictum ab Adamo per malignum mali lignum vulnus persanaret. Fabula sit in capacitate cornu copiæ bonorum omnium abundantiam reperiri: certè palmaris veritas est inexhaustum bonorum omnium thesaurum in cruce inveniri. Augustô Augustinus id confirmat testimoniô dicens: *Crux Christi totius nobis causa beatitudinis est; hæc nos à cæcitate liberavit erroris, hæc à tenebris reddidit luci, hæc debellatos reddidit quieti, hæc alienos DEO conjunxit, hæc pacis firmamentum est, hæc donorum omnium abundans largitio.* Magna est naturæ lapsæ ad perseverandum debilitas. Huic ut Romedius succurreret, ad crucem recurrit, quia juxta Divum Petrum Damianum: *Crux lassos recreat, infirmos*
Serm: in parasceu.

robo-

roborat, & titubantia mentis arcana confortat. O! quantum ex Divina cruce hauſit ſolatium Romedius, de qua Caſſianus non in caſſum loquitur inquiens: *Crux eſt humilium tuitio, invicta ſuperborum dejectio, Victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cæleſtium confirmatio, mors infidelium, vita juſtorum.* Non erat ampliùs Romedius homo terrenus, ſed cæleſtis. Nihil aliud amabat, nisì cæleſtia, in terris quidem exiſtebat corpore, in cælis autem degebat ſuâ converſatione. Proinde ut etiam in terris cæleſtia obtineret, ſanctæ cruci adhæſit, de qua Petrus Damianus ità loquitur: *Crux nos terrenis expoliat, ut cæleſtibus ditet.* Imò quod majus eſt, in ipſa terra cælum invenit, nam atteſtante ſancto Chryſoſtomo: *Crux terram in cælum reſtituit.* Hanc ſacratiſsimam crucem non tantùm pectori, ſed etiam cordi ſuo tam altè impreſsit, ut factus fuerit vivus Crucifixus, verè enim cum Doctore Gentium ad Galat: 2. dicere potuit: *Chriſto crucifixus ſum Cruci.* Hæc crux tam profundas in corde Romedij radices egit, ut in mente illius meras paſsionis roſas progerminaverit, etenim tantô martyrij pro Chriſto ſubeundi tenebatur deſideriô, ut illi ſummum fuerit martyrium, ſibi occaſionem martyrij deeſſe. Et hoc ipſum maximô illum tormentô affixit, quòd pro CHRISTO tormenta ſubire non valuerit, ideoque maximus martyr effectus eſt, quia nec minimus Martyr eſſe potuit. *Serm. 48.* *In Pſal. 4.* *Serm. 47.* *Hom. 55.*

Romedius Martyr fieri pro Nomine CHRISTI
Deſiderat, Martyr, nec tamen eſſe valet.
Illi eſt martyrium, quòd non ſit corpore Martyr,
Martyrium hoc ingens eſt ſinè martyrio.

Quòd ſi tamen revera Martyrem Romedium fuiſſe dixero, nequaquam à mente Sanctorum Patrum aberrabo. Quilibet Chriſtianus martyr eſſe poteſt, nec unquam illi deeſt occaſio martyrij. Ad illud nos exhortatur Magnus Auguſtinus dicens: *Contra mortifera blandimenta*

ta luctemur, scientes in eo etiam quotidiana martyria non deesse. Sed hoc inter mirabilia numerandum est, tot occasiones martyriorum se offerre, & tam paucos Martyres effici. Mira sunt hæc martyria, de quibus Mellifluus Doctor ità effatur. *Quod mirabilius? aut quod martyrium gravius? quàm inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster ille appetitus?* O! quàm multi innumeris votis desiderant palmam martyrij, nec tamen dum offertur, ad illam capessendam manus extendunt. Etiam sinè sangvine ad martyrij coronam pervenitur. Graviss imô hanc veritatem approbat testimoniô Hipponensis Præsul inquiẽs: *Non martyrium sola effusio sangvinis, nec sola dat palmam excustio illa flammarum, pervenitur non solùm occasu, sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque injuria Sanctorum in persecutionibus Defunctorum dicere liceat: carnem afflixisse, libidinê superâsse, de mundo triumphâsse, pars magna martyrij est.* Latissimè profectò se extendit martyrium sangvine carens. Nec intra angustos limites illius amplitudo continetur. Hanc tamen martyriorum sinè sangvine diversitatem Lactiflua D. Bernardi eloquentia ad Ternarium his verbis reducere conatur. *Martyrium sinè sangvine triplex est. Parcitas in ubertate, quam habuit David & Job. Largitas in paupertate, quam exercuit Tobias & Vidua. Castitas in juventute, quâ usus est Joseph in Ægypto.* Ex his virtutum titulis quis Martyrem fuisse neget Romedium? si adhuc plura requirantur testimonia. Martyrem fuisse Romedium probat austerissima illius vita; quâ corpus suum mortificando in servitutem redegit: quia teste eodem mellifluo Doctore: *Est martyrij genus, & quædam effusio sangvinis in quotidiana corporis afflictione.* Titulũ martyris Romedium promeruisse declarat invicta illius patientia, nam ùt graviter loquitur Divus Laurentius Justinianus: *Patientia hominem martyrem facit; sinè ferro & flamma martyres esse possumus, si patientiam veraciter in mente ser-*

Serm. 2. in Fest. Omnium SS.

Serm. 40. de SS.

In Sententijs.

Cap. 3. de patien.

ve-

vemus. Martyris titulô honorandum esse Romedium demonstrat ardentissima illius in DEUM pietas, quâ in ara Divini amoris cor suum concremabat. Approbat hunc sensum aureæ fons eloquentiæ Chrysostomus dicens: *Exercitatio pietatis est quoddam sinè sangvine martyrium.* Divina Romedij vita illum Martyribus adscribit, beati enim Theodori sententia est, *Martyres esse non solùm, qui sangvinem profundunt, sed etiam, qui vitam obeunt divinam.* Fuit Romedius homo Evangelicus, adeoque verus Martyr, nam juxta S. Maximum: *Omnis Christiani vita, qui secundùm Evangelium vixerit, crux est atque martyrium.* Denique martyrij coronam assecutum fuisse Romedium convincit illius immaculatum DEI servitium, quô incessanter Divinæ inserviendo Majestati tenerum exhausit corpusculum. Hàc enim Martyrum prærogativâ donatur à Divo Hieronymo ità scribente: *Non solùm effusio sangvinis in martyrio reputatur, sed & devotæ quoque mentis servitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & violis texitur, ista de lilijs.* Liceat hoc mihi ligata oratione exprimere canendo. *In Psal. 95.*

Martyrium fusus pro CHRISTI nomine sangvis,
Atque carens vitijs cælica vita facit.
Effusus sangvis roseo donatur honore,
Sed puras mentes lilia casta beant.

DOMUS PRÆCLARA

Ezech. 26.

Gloria Crucis in Domo Thuniana.

Lariſsimum ſacræ crucis jubar, etiam Familiã de Thun reddidit illuſtriſſimam. Crux illa, quam Chriſtus in frontibus Regum fixit, & quâ ſignati Reges gloriantur, etiam Domui Thunianæ ingentem adjecit gloriam, cujus præfixa frontiſpicio, in eodem mirô modô refulget. Hoc triũphali ſigno ſtemma ſuum illuſtre reddiderunt glorioſi Thuniadæ, Equites effecti ſanctæ crucis. Gaviſus eſt hoc ſacro crucis honore ante años nonaginta quatuor CHRISTOPHORUS de Thun, quem ſacra Equitum Melitenſium crux condecoravit, & illam viciſsim glorioſus hic Eques raris ſuis virtutibus & Cæſareæ Aulæ honoribus ac dignitatibus olim exornavit. Vivit faventibus ſuperis etiam hodie Incõparabilis Melitenſiũ Equitũ Prior FRANCISCUS SIGISMUNDUS Comes de Thũ nõ tantùm Prior officiô & dignitate, ſed etiam inter Heroës Melitenſes ſortitus Prioratum ſua generoſitate. Si enim juxta dialogos Luciani: *Heros eſt quiddam partim ex homine, partim ex DEO compoſitum*: idem Illuſtriſsimus Comes verè heros eſt, quia aliquid

In Dial. Mortuorum.

quid habet hominis, aliquid DEI. Ab homine accepit generoſiſsimum ſangvinem, cui natura characterem heroum impreſsit. Habet aliquid divini, quia tam infractô pollet animô, ut Mars illum educâſſe, Bellona verò uberibus ſuis lactâſſe videatur. Et nè fabulosè tantùm, ſed etiam verè aliquid divini habere oſtendatur: reſpiciendum eſt ad ſacram, quam geſtat Equitum Melitenſium crucem, quæ character eſt magni illius herois, qui ſimul *perfectus DEUS eſt & homo.* Pro tuendo illius honore Illuſtriſsim9 D. Comes FRANCISCUS de Thun ſacrã Equitum Melitenſium crucem aſſumpſit, ut contra hoſtes crucis in cruce triumpharet, & inimicos crucis ad malam crucem profligaret. In hunc laudabilem finem proprijs ſumptibus & magnis expenſis triremem bellicam inſtruxit, eidémque ſalutiferæ crucis ſignum pro coronide impoſuit, illa cæleſti animatus teſſera: *in hoc ſigno vinces.* Hac triremi hoſtes Chriſtiani nominis aggreſſus, & fugientes perſecutus eſt. Verificatúmq; fuit de Illuſtriſsimo Domino FRANCISCO de Thun glorioſum illud Judæ Machabæi elogium: *Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicuti catulus leonis rugiens in venatione, & perſecutus eſt inimicos perſcrutans eos.* His egregijs expeditionibus prælusit in hoc programmate *Franciſcus è Comitibus de Thun* tale latens anagramma: *ibis! hìc Turcas metu confundes.* Tam inſignibus meritis permotus Ordo Equitum Melitenſiũ FRANCISCO plures *cõmendas* contulit, quem militaris virtus omnib9 *recõmendavit.* Nemo Heroëm meliùs noſcit, nisi qui ſimiliter heros eſt. Unde Generoſus Equitum Melitenſium Ordo, qui ſeminarium Heroum jure poteſt appellari, heroicũ FRANCISCI animũ, & militarem experientiam magni faciens, eundem ſuæ Crucigerorum claſsi Annô 1694. Generalem præfecit. Ad tam arduam contra Turcas expeditionem proficiſcenti, & Excellentiſsimo Dom. ROMEDIO Fratri ſuo intimè dilecto valedicenti,

Symb. Sabbatæ.

Malach. 3.

Illuſtriſsimus Dominus junior ROMEDIUS de Thun bene ominatus eſt his verſibus acclamando:

Malta vocat, Crux ſacra vocat, Te gloria CHRISTI,
Te mare, Te venti, Te pia bella vocant.
Vade bonis avibus, felicibus utere fatis,
Terra Tibi facilem ſternat & unda viam.
Ad nomen de Thun, Tunis Tripolísque tremiſcat,
Palleat ad gladium Turcica Luna Tuum.
Opto Tibi ut ſemper donet Victoria palmam,
Pro magnis meritis Malta det alta Tibi.

Hæc credebatur Illuſtriſsimus Junior Apollineô afflatus enthuſiaſmô vaticinari. Nec Vatem fefellit eventus. Poſtquam enim Excellentiſsimus Dominus FRANCISCUS claſsis Melitenſis Generalis ex portu feliciter ſolviſſet, & favente Æolo curſu ſecundo mare mediterraneum ſulcâſſet, ac triremes ſuas Heroibus plenas claſsi Venetæ conjunxiſſet, egregio ſanè ſpectaculo apud inſulam *Scio* viſus eſt Leo ſancti Marci in canes turcicos irruere, & Thuniana Aquila ungvibus ſuis in hoſtium oculos involare. Nec ſuſtinuit illorum impetum claſsis Ottomanica, ſed plenis velis ſalutem ſuam in fuga quæſivit. Fugientem nihilominus Generoſus Heros FRANCISCUS aſſecutus eſt, ſolúsque cum triremibus ſuis hoſtem per complures horas detinendo, plenâ potitus fuiſſet victoriâ, ſi juxta deſiderium ſuum & votum nonnullæ grandiores Venetarum naves tam acriter pugnanti in ſubſidium veniſſent. Triumphârunt nihilominus de feroci hoſte Melitenſes cruces, quarum conſpectum non potuit ſuſtinere. Laus illarum Ducis eſt gloria, cujus nomen & Titulus inimico eſt fatalis. Hujus rei veritatem declarat hoc programma: *FRANCISCUS è Comitibus de Thun* per ſequens Turcis inviſum anagramma: *His crucibus amentes confudit.* Triumpha glorioſiſsime Heros, qui nihil ampliùs deſideras, nisi ut juxta alterum Nominis & ſtemmatis Tui anagramma: *Nunc re hoſtis fidei ſuccumbat.* Poſt

Poſt tam præclaram expeditionem Maltam gloriosè redux non potuit diu quieſcere Heroicus FRANCISCI animus ad magna natus. Siquidem contra infenſiſsimos Chriſtiani Nominis hoſtes religioſam iram ſpirãs eosdem mare mediterraneum infeſtantes, tanquam ſummè noxias beſtias generosè venabatur. Nec fruſtranea fuit hæc excurſio, & votis fortuna reſpondit, dum peſsimô ſuô fatô navis Algerina tormentis inſtructa, & pyratis armata in oculos & manus FRANCISCI incidit, ex quibus ſe nulla vi & arte potuit extricare. Tam formidabilem machinam, unica ſua triremi, reliquis hinc indè diſperſis, Heros FRANCISCUS aggreſſus eſt, & per multas horas ſolus pugnando hoſtem ad extremas redegit anguſtias. Videbatur barbaris hæc unica triremis vires vehere totius claſsis, & tam parvus militum manipulus habere robur totius exercitûs, nec non unica ſolius FRANCISCI perſona integræ phalangis fortitudinem continere. Advolârunt tandem triremes reliquæ candidis crucibus barbaris terribiles, quarum adventu confortatus FRANCISCI gladius, hoſtem deſperatè pugnantem vicit, navémque fortiter expugnatã in ſuam redegit poteſtatem. Quantus fuerit hoſtium ſubjectorum metus & trepidatio, quanta Chriſtianorum ſclavorum à Machometica barbarie liberatorum lætitia, quàm magna victorioſorum militum exultatio: faciliùs eſt cogitatione aſſequi, quàm calamô explanare. Glorioſum ſanè fuit FRANCISCO hoc navale prælium, in quo marinus quidam DEUS credi potuiſſet nisì levi vulnere ſauciatus, fuſo ſangvine ſe hominem eſſe oſtendiſſet. Poſt tam inſignem victoriam Maltam gloriosè reduci Magnus Melitenſis Ordinis Magiſter honorificè obviam proceſsit, & ſummis laudibus heroicum FRANCISCI pectus affecit. Nec defuit populi acclamantis plauſus, & vota ad invidiam uſque undique reſonantia: quæ magnum illi Magiſterium augurabantur; & quidem facta fuiſſet *Vox populi*, *Vox DEI*, Herósque FRAN-

CISCUS ſúpremam grandis Magiſterij dignitatem conſecutus fuiſſet : nisì oppoſitarum ſibì invicem nationum æmulatio tam felicem eventum impediviſſet. Interea in optimam ſpem fortiſsimum Heroëm erigit illa Senecæ Tragœdi ſententia: *Fortes fortuna juvat, ignavos premit.* Liceat ergo & mihi huic Heroum Melitenſium Achilli bene ominari, & complures glorioſas vaticinari victorias, quas ex hoc programate FRANCISCUS è Comitibus de Thun deducta bina promittunt anagrammata, videlicet: *Hoſtem crucis bis in fune ducat*, & alterum ſimili ſenſu correſpondens: *Hic domi Turcas funibus nectes.*

Ex tam Heroicis actibus & felicibus prognoſticis, in perſonam Illuſtriſsimi ac Excellentiſsimi Domini Comitis FRANCISCI de Thun concurrentibus, illo Duce glorioſus Equitum Melitenſium Ordo proſperos ſibi ſucceſſus pollicebatur, unde contra conſvetum ſibi morem ac ſtylum, iteratò eundem ſuæ crucigeræ claſsi præfecit, & repetita vice ſacræ ſuæ navalis militiæ Generalem conſtituit, & Archi-thalaſſum. Tam honorifico munere denuò condecoratus Comes FRANCISCUS contra infeſtiſsimum Chriſtianitatis archi-hoſtem ſacram Melitenſium claſſem eduxit, & militiæ Venetæ contra eundem pugnanti arma ſua victricia conjunxit. Expanderat hoſtis Ottomanicus inter inſulas Samos, & Scio totam navalem ſuam potentiam, illâ Chriſtianæ militiæ claſſem numerô navium ac militum longè minorem unô quaſi impetu oppreſſurus. Favebat velis turcicis propitius Æolus, & favorabilibus ventis hoſtilia implebat carbaſa: Marti autem Chriſtiano videbatur æther & pelagus contrariari. Nihilominus poſtquam ad cruentam naumachiam deventum eſt, ferociſsimum hoſtem barbarè irruentem, & qui jam ſpe ſuâ Chriſtianam claſsem devoraverat, tam generoſo pectore leo ſancti Marci Heroicis Melitenſium crucibus adjutus excepit, ut poſt duos acerrimos conflictus, re infecta cum confuſione diſcedere ſit coactus.

actus. Tunc apparuit verum esse, quod ait Cassiodorus: *Crux est mors infidelium, crux est spes Christianorum.* Vivat! *in Psal. 4.* vivat! glorioſus classis Melitensis Archi-thalassus, per quem Christus jam binis vicibus barbaro fastu tumentem hostem confudit. Adeoque desumptum ex illius nomine *FRANCISCUS è Comitibus de Thun* verificatum fuit contra Turcam hoc anagramma: *Christe! bis cum actu confundis.* Denique ut multa paucis complectar, per totum Generalatûs sui decursum, tam insignia militaris fortitudinis edidit specimina; ut illi non immeritò applicari possit illud Herois Davidis elogium: *In omnibus vijs suis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo, & celebre factum est nomen ejus nimis.* 1. Reg. 18. Vivat! vivat generosissimus Heros! cujus perennis fama mare implevit mediterraneum, transferatur ex aquis ad medium terræ illius gloria, ut quem modò naves in undis suspiciunt Commendantem, paulò pòst magnæ Urbes & Provinciæ in terris venerentur Gubernatorem.

Non tantùm inter Equites Melitenses CHRISTOPHORUS & FRANCISCUS Comites de Thun, sed etiam inter Equites Ordinis Tevtonici RUDOLPHUS & JOANNES JACOBUS magnum Familiæ Thunianæ splendorem addiderunt. Et quidem horum postremus adhuc in juvenilibus annis Provincialis Commendator effectus est, ac deinde propter egregia sua merita, profundam prudentiam, & fortitudinem pietati conjunctam inter reliquos Candidatos ad magnum Ordinis Tevtonici magisterium quàm proximè accessit, ídque facilè occupâsset, nisì illud Divina dispositio altiori Familiæ & Domui reservâsset. Nec modicum per reliquos illius Illustrisimos Fratres gloriæ Thunianæ tam in militaribus, quàm politicis augmentum accessisset, si illis benignior fortuna (quæ etiam magnis viris frequenter iniquior est) in tempore arrisisset, unde canit Poëta:

Ovid. lib. ult. Triſt. Eleg. 15.

Rara quidem eſt virtus quam non fortuna gubernat.

Vivite diu Heroës fortiſsimi & ſacræ crucis gloriam ultra columnas Herculeas propagate, certas Vobis promittit victorias ille, qui *mundum vicit non ferrô ſed lignô*: & lignô quidem crucis. Sit ſemper militaris Veſtra teſſera *In hoc Signo vinces.*

Chriſtus *in hoc ſigno* mundum cum dæmone vicit.,
Et Conſtantinus Victor in orbe fuit.
Hac cruce ſignati Comites ex ſtemmate de Thun,
Non niſi victores hâc cruce ſemper erunt.

DIGRESSIO VII.

Quæ ſit Crux maxima, & quæ minima?

QUemadmodum de guſtibus, ità & de crucibus non eſt diſputandum; Quisque ſuos patitur manes, quilibet optimè perſpectum habet, ubi locorum calceus maximè pedem premat. Et hinc ignarus crucis, quam alter portat, & ſuæ conſcius; de gravitate propriæ crucis lamentatur. Quisque crucis ſuæ magnitudinem propria opinione metitur. Unde non ineptè dixiſſe videtur Epictetus: *Homines perturbantur non rebus, ſed ijs, quas de rebus habent opinionibus. Opinio eſt, quæ nos cruciat, & tanti malum eſt, quanti illud taxamus.*

In Ench. c. 10.

In

In noſtra poteſtate remedium habemus. Concordat Seneca dum ait: *Omnia ex opinione ſuſpenſa ſunt, tam miſer eſt quisque, quàm credit.* Sæpe crux in fundo noſtræ naſcitur phantaſiæ; hinc vulgi proverbium ortum fuit. *Imaginatio facit caſum.* Veriſsimam pronuntiavit ſententiam dulci eloquentiæ liquore plenus Ambroſius: *Homo ipſe ſuæ author eſt ærumnæ.* Dum enim *unusquisque in ſuo ſenſu abundat*, quilibet pro capacitate ſui ſensûs ſibi magnam crucem in cerebro ſuo fabricat. Undè rectè effatus eſt Salvianus: de Guber: lib. 1. *Nemo aliorum ſenſu miſer eſt ſed ſuo.* Magna hæc eſt imaginaria crux, ſed nondum maxima: huic enim malo remedium adhibet magnus morum Magiſter Seneca ità dejectas hominum mentes adhortando: *conſurgamus igitur adversùs fortuita, & quidquid inciderit ſciamus non eſſe tam magnum, quàm rumore jactetur.* Si tamen non nemo citra ſuæ opinionis errorem extra turbatæ phantaſiæ ludificationem, & proprij ſensûs vitium, ſe realis & non imaginariæ crucis moleſtiâ affligi proteſtetur: ille recogitandum ſibi aſſumat graviſsimam Dionis ſententiam his verbis pronuntiatam. *Nulla nobis optio vivendi noſtrô arbitriô propoſita eſt: ſed neceſſe omnino habemus, omnia tolerare, quæ de nobis fortuna ſtatuerit.*

Epiſt. 88.

Pacucel. de Pati.

In cap. 8. Luc.

Epiſt. 92.

Lib. 38.

Cùm homines ſimus, nihil humani à nobis alienum putemus. Unicuique noſtrûm convenit lamentabilis illa viri patientiæ Job Threnodia: *Homo natus de muliere brevi vivens tempore multis repletur miſerijs.* Mortales ſumus, & quomodo morti nos ſubducere poſſumus? Congeries miſeriarum ſumus; & quomodo miſeri non eſſe valemus? Diſertiſsimè hanc veritatem exponit aurea Chryſoſtomi eloquentia his verbis: *Sicut immortalis homo non poteſt inveniri, ità nec abſque triſtitia.* Denique crucibus plena ſunt omnia. Nec ipſe magnus mundus ſua cruce caret, nam diſcriminatur univerſus orbis quatuor punctis cardinalibus, in oriente, occidente, ſeptentrione, & meridie, à quibus ductæ lineæ crucem figurant: imò teſte S. Maximo

Job. c. 14.

Homil. 67. ad Popul.

mo Hom. 2. de cruce, *Cælum ipſum hujus ſigni figurâ diſpoſitum eſt.* Magnum mundum imitatur Microcoſmus, ſeu parvus mundus homo, qui extenſis brachijs crucem repræſentat; & quomodo poterit crucem fugere homo, qui totus crux eſt? Impoſsibile igitur eſt hominem eſſe absque cruce, nisì ſit ſinè ſe ipſo. *Faciamus igitur* (exclamat S. Chryſoſtomus) *de neceſſitate virtutem ſeu voluntatem. Si noveris, quod ſemel peractum eſt nec deteri ampliùs nec ſolvi poſſe, licebit ex ea inſanabili calamitate utilitatis aliquid comparare.* Audi Senecam ità tibi ſvadentem, *libenter feras, quod neceſſe eſt, dolor patientiâ vincitur: Feras non culpes, quod mutari non poteſt.* Porrò magna inter hujus mundi cruces diverſitas reperitur. Una excedit alteram, nec eandem omnes ſervant menſuram. Juxta gravitatem mali magnitudo crucis penſatur, & animus, qui maximo malo ſubjacet, maximæ cruci affixus cenſetur. Si meum de crucibus ſenſum aperire liceat, illam exiſtimo crucem eſſe maximam, quæ nullum ſolatium admittit. Magna crux eſt corporalis infirmitas, quia teſte Eccleſiaſtico, *melior eſt mors, quàm vita amara.* Non tamen eſt maxima, quia ſolatium admittit Salviani de infirmitate ità ſcribentis. *Imbecillitas carnis mentis vigorem exacuit, & affectis artibus vires corporum in virtutes transferuntur, ut mihi genus quoddam ſanitatis eſſe videatur hominem interdum non eſſe ſanum.* Magna crux eſt paupertas quia ab omnibus contempta, nam ùt ait Palladius; *Si Jupiter eſſet in terra pauper, & ipſe pateretur contumeliam.* Sed non eſt crux maxima, ſe enim conſolari poteſt illô Senecæ oraculô: *Honeſta res eſt læta paupertas, illa verò non eſt paupertas, ſi læta eſt; cui enim cum paupertate bene convenit, dives eſt.* Magna crux eſt homini innocenti infamia: quia juxta Quinctilianum: *in infamia plus pœnæ dicimus quàm in morte.* Non eſt tamen crux maxima, ſolatium enim ſuggerit Moralis Philoſophus ità conſulens: *Contemne famam, fama vix vero favet.* Nam teſte Ovidio - - - Veris addere falſa

Serm. 18.

de moribus. Idem in Proverb.

Cap. 30.

Epiſt. ad Caſuram

In anathol. l. 2. epig. 4.

Lib. 6. c. 2.

Lib. 6. c. 2.

Seneca. trag. 4. Meta- morph. 9.

Gau-

Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Magna crux eſt parentibus, mors liberorum: *dum mortuum vident* (ait Syneſius) *quem morte prævenire cupiebant.* Sed non eſt crux maxima. Adhuc tanto vulneri ſolatij emplaſtrum imponit Doctiſsimus Petrarcha, dum ob mortem filij ejulantem ità alloquitur: *Amiſiſti filium? amiſiſti ſimul & metus multos, infinitámque materiam ſollicitudinum & curarum, quibus ut careres, vel tibi, vel filio moriendum fuit. Securum patrem ſola mors facit.* Magna eſt in conjugio crux mulier mala: quia teſte ſapientiſsimo Eccleſ: *commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.* Undè rectè ait Celada: *non eſt acerbior crux, quàm non bona uxor, cui maritus cogitur adhærere, vel potiùs crucifigi.* Hæc crux eſt Hiſpanica, & duplicata quatuor brachijs inſtructa; Eſt crux trabalis altitudine ſua excedens cruces ante Eccleſias PP. Franciſcanorum erigi ſolitas. Eſt crux ſolemniſsima, quam qui portat, perpetuam celebrat *Dominicam paſſionis.* Non eſt tamen crux maxima, adhuc virum ſolatur una bona dies, quæ eſt matrimonij ultima. Duos enim lætos in matrimonio dies eſſe Philoſophorum ingenioſiſsimus affirmat Hipponactes, unũ, quô ſponſa ad thalamũ deducitur, & alterũ quô mortua uxor domô effertur. Denique grandem ſe portare crucem exiſtimat, quisquis ſe judicat infelicem & infortunatum. Contra novercantem fortunam debacchatur, quæ *mortales non ſecùs, ac pueros infantes ludibrio habet.* Nec tamen hæc crux eſt maxima, adhuc illis ſolatium ſupereſt, adhuc ſeſe infelices conſolantur illis Virgilij verſiculis:

Dial. 48.

Cap. 25.

In Judith. c. 4.

Hipponactes.

Polyb. l. 15. c. 6.

O paſsi graviora, DEUS dabit his quoque finem, *Æneid. 1.*
Durate! & voſmet rebus ſervate ſecundis.

Sed quid ſi etiam ipſam magnam fortunam magnis crucibus annumeravero? profectò nequaquam à ſcopo veritatis aberrabo: quid enim miſerius ſervô? *Magna ſervitus eſt magna fortuna*, inquit Ethicæ doctrinæ oraculum

Seneca: Quisquis felicitatem quærit, magnam crucem petit; dicente Boëtio: *infeliciſſimum genus infortunij eſt, fuiſſe felicem.* Imaginaria eſt hæc mundi felicitas. Quisquis ſe fortunæ pullum credit, ſe potiùs infeliciſsimum reputet, proclamante Democrito: *nihil infelicius eô, cui nihil unquam advenit adverſi.* Vehementer ſanè illorum miſereor, qui unquam ſe miſeros fuiſſe ignorant; pars felicitatis ipſa infelicitas eſt. Unde hilari mente olim Zeno exclamavit: *Tunc ſecundis ventis navigavi, quando naufragium feci.* In ſimilia verba pariter prorupit exul Themiſtocles. *Perijſſemus o! pueri nisì perijsſemus!* Magna miſeria eſt omni caruiſſe miſeriâ, quam ſententiam magnus inter magnos viros approbat Seneca taliter ſcribens, *miſerum te reputo, quia nunquam fuiſti miſer.* Si hæc moralia profanorum authorum documenta politicum ad aſſenſum non moveant animum: ſaltèm mentem Chriſtianam trahat ſacra Divi Hieronymi authoritas ità pronuntiantis: *DEI filius ſuſtinuit ignominiam crucis, & tu beatos putas, qui felicitate iſtius ſæculi, & delicijs perfruuntur?* Repeto quod dixi: miſerrimus eſt, qui nunquam fuit miſer. Infeliciſsimus eſt, qui ſemper fuit felix. Et magnæ cruci ſubjacet, qui moleſtam crucem nunquam tulit. Majori tamen cruce premuntur illi, qui juſtô titulô *martyres ſæculi*, ſeu alio nomine *martyres diaboli* appellantur. De his Petrus Bleſſenſis ità ſcribit: *Sunt martyres ſæculi mundi profeſſores, diſcipuli curiæ, milites Herculini: per multas ſiquidem tribulationes intrant Juſti in regnum cælorum: Hi autem per multas tribulationes promerentur infernum.* Veriſsimè cecinit quidam elegans Poëta:

ad Polyb. c. 26. lib. 2. proſa 4.

Apud Senecam.

Laërtius Lib. 7.

Plutarch. in Apoph. teg.

In Epiſtolis

Epiſt. 14.

Regum ſollicita quicunque ſeneſcit in aula,
Aut fuit, aut ſemper poſtulat eſſe miſer.

Aulica vita ſpinoſa eſt via. De hac conqveruntur aulici, ſapientiæ 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis & ambulavimus vias difficiles.* De illis loquitur Pſaltes Regius: *Con-*

tritio

tritio & infelicitas in vijs eorum. In hac via, cùm quidam áulicus per complures annos laſſatus fuiſſet, interrogatus, quomodo ad tam raram in Aula ſenectutem perveniſſet, reſpondit: *injurias accipiendo, & gratias agendo.* Magna profectò hæc crux eſt, ſed non adoranda, quia mala, mali latronis crux eſt, de qua Lucas Dudenſis ità ſcribit: *Crux non adoranda, ſed conculcanda eſt illius latronis, qui quoad vixit neqvam fuit.* Denique omnes, qui *ſervi ſunt peccati*, martyres diaboli efficiuntur. Nunquid non martyr diaboli eſt ſuperbus, quem ſemper pungit punctum honoris, & ſic inter meras vivit puncturas? proinde non imeritò exclamat Divus Bernardus: *O! ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places?* Mala hæc crux eſt mali latronis. Nunquid non martyr diaboli eſt iracundus, qui ſe ipſum conficit?

Pſal. 13.

Lib. 2. c. 19

Lib. 3. de Conſid. ad Eugen.

- - - - quódque habet proprium furor
in ſe ipſum ſævit.

Seneca in Herc. furente

Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania, séque furendo
Interimit, moritúrque ſuis ira ignea telis.

In Pſychomachia

Ità canit Prudentius. O! quàm mala hæc eſt crux mali latronis! Nunquid non martyr diaboli eſt invidus, qui juxta Proſperum Aquitanicum *tantos habet pœnâ juſtâ tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores.* Verè invidia ſibi ipſi tormentum eſt, quia ùt modulatur Horatiana Muſa:

Invidiâ ſiculi non invenêre tyranni
Tormentum majus.

Mala hæc crux eſt mali latronis. Nunquid non martyr diaboli eſt omnis luxurioſus, qui roſas Veneris colligere deſiderans, undique à ſpinis compungitur: unde meritò cecinit profanus amorum Magiſter

Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores,
Quæ patimur multo ſpicula felle madent.

Ovid. 2. de arte amandi.

Mala hæc crux eſt mali latronis. Nunquid non martyr diaboli eſt guloſus, qui inceſſanter ſeſe ingurgitando maximum ſibi cauſat martyrium. Ex ebrietate enim, teſte Seneca, provenit *pallor, & nervorum vinô madentium tremor, & miſerabilior ex cruditate, quàm ex fame macies. Indè incerti labantium pedes, & ſemper qualis in ebrietate titubatio. Indè ſuffuſio luridæ bilis, & decolor vultus, tabésque in ſe putreſcentium, & retorti digiti articulis obrigeſcentibus, nervorum ſinè ſenſu jacentium torpor, aut palpitatio ſinè intermiſſione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum, auriúmque tormenta? &c.* Mala hæc crux eſt mali latronis. Nunquid non martyr diaboli eſt avarus Euclio, cujus animum, juxta teſtimonium Quercetani, *avaritia uſque adeò torquet, ut mille mortes in horas ex ingenti illo curarum ardore ſubeat, & ſic inter pereundum vivat: tantúsque eſt ille cruciatus, ut Phalaridis Tyranni incenſum & ignitum taurum non æquet modò, ſed etiam immanitate ſuperet.* Mala hæc crux eſt mali latronis. Nunquid non martyr diaboli eſt homo acedioſus, qui præ deſidia totus putris in tumulo pigritiæ vivus ſepelitur, & tandem ad deſperationis barathrũ devolvitur, quia ùt aurei oris Doctor loquitur: *radix deſperationis eſt ignavia, & non ſolùm radix, ſed nutrix ejus & mater.* Mala hæc crux eſt mali latronis. Omnes hi miſerrimi peccatores crudeles ſunt latrones, & cum malo latrone in malam crucem aguntur. Rogabit fortaſsis non nemo: quomodo ſunt latrones? Reſpondet Doctiſsimus Drogo Hoſtienſis ità diſſerens: *faciunt homines ſe ipſos ſpeluncam latronum, jugulant homines, & trahunt in ſpeluncam ſuam, quod enim majus homicidium, quàm ut ſe ipſum interficiat homo? Vel quod gravius homicidium, corpus occidere an ſpiritum? o! quoties homo ſpiritum ſuum interficit! quot homicidia in ſe ipſo perficit! quoties voluntariè peccatum perpetrat, quid aliud, quàm ſe ipſum jugulat?* Hæc eſt maxima illa crux mali latronis, dum per crucem temporalem martyres diaboli deveniunt ad crucem æternalem.

Chryſoſt. de lapſu.

Serm. 1. de Dom. Paſſion.

Ha-

Hactenus de maxima & infeliciſsima cruce egimus, nunc leviſsimam & beatiſsimam crucem inveſtigemus. Et certè nullam leviorem inveniemus, nisì crucem noſtram cruci Chriſti conjunctam. Hujus ſanctæ crucis eſt *onus leve*, proinde cruci noſtræ ſolatij plenam addet levitatem. Hanc ſanctam crucem ſæpiùs in mentem revocemus, ut nullius crucis ſentiamus gravitatem. Hoc conſilium nobis ſuggerit S. Iſidorus ità ſcribens: *ſi paſſio Redemptoris ad memoriam reducitur, nihil tam durum eſt, quod non æquô animô toleretur.* In perſona CHRISTI nos alloquitur melliſluus Doctor proclamans! *O homo vide quæ pro te patior! non eſt dolor, ſicut quô crucior, ad te clamo, qui pro te morior.* Ut omnis crux tibi grata ſit, recogita Chriſtum, & hunc crucifixum; nam teſte lactiſluo Bernardo: *grata ignominia crucis eſt ei, qui Crucifixo ingratus non eſt.* Hæc ſancta crux nobis ſalutaris eſt: affixa eſt ſalus noſtra cruci, ſalutem igitur ſinè cruce non ſperemus, ſed ſequamur monitum ejusdem Claræ vallenſis Abbatis ità nos exhortantis: *Neminem audiamus deſcenſum de cruce ſuadentem; perſiſtamus in cruce; moriamur in cruce.*

de ſummo bono.

in Sermonibus.

Serm. 1. in Feſto S. Andreæ.

Serm. 1. in Cœn. Domini.

Mortales nolite crucem fugiendo cavere,
Sed ſemper veſtræ ſit comes illa viæ.
Absque cruce in vivis omni qui tempore degunt,
Absque cruce è vivis & ſinè luce migrant. *

Vulgare proverbium ſine Lux ſinè Crux.

S. ROMEDIUS

Pelicanus ſolitudinis Pſal. 101.

Gloria Libani data eſt ei Iſai. 35.



Loria Libani, eſt gloria deſerti, non deſeritur à gloria, qui deſertus ab omnibus, & deſerens omnia, in deſerto vivit. Ex deſerto aſcenditur ad coronam gloriæ, ex Libano vocatur ſponſa ad coronam: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis.* Ex deſerto evehitur ſponſa ad glorioſas nuptias non ſinè magna admiratione cæleſtium ſpirituum quærentium, *quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum?* Deſertum locus eſt ſponſi & ſponſæ, locus intimæ ſinceritatis. Nullibi enim major contrahitur cum Deo familiaritas, quàm in ſolitudine. Hanc ſanctam DEUS ſingulariſsimus, etiam in Religioſis amat ſingularitatem. In ſolitudine DEUS depoſitâ Majeſtate exuit perſonam publicam, & fit penè privata. Solitudo eſt DEI collocutorium, inquo cum ſanctis ſuis quaſi in incognito tam familiariter agit, *acſi foret illorum ſpiritus familiaris.* Unde exclamat Divus Hieronymus: *O! ſolitudo familiariùs DEO gaudens; O! beata ſolitudo! O! ſola beatitudo.* Tam ſanctam cum DEO contracturus familiaritatem Romedius, in valle Anagnienſi vaſtam cum ſocijs ſuis Abrahamo, & David ingreſſus ſolitudinem, reſolutâ

Cant. 4.

Cant. 8.

mente



Joan: Steger del :

M. Rinola sculp

mente ſuperavit eremi horrorem. Videbatur audire ità ſibi inclamantem propriam conſcientiam. O! Romedi! *quamdiu Te tectorum umbræ premunt; quamdiu fumoſarum Urbium carcer includit? Crede mihi neſcio quid in eremo plus lucis aſpicio. Libet ſarcinâ corporis abjectâ ad purum ætheris evolare.* S Hieronymus. Ingentes credendus eſt ſibi addidiſſe animos æquivalentibus S. Hieronymi verbis: *An ſupra nudam metuis humum exeſa jejunijs membra collidere? ſed Dominus tecum jacet; ſqualidi capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuum CHRISTUS eſt. Eremi vaſtitas terret? ſed tu paradiſum mente deambulas.* Idem Epyl. 10. Quæſivit Romedius in deſerto ſpiritum ſapientiæ, quia in urbibus communiter regnat inſipiens *ſpiritus mundi*; & rectè quidem. Nam ùt Plutarchus ait: *ſolitudo Gymnaſium eſt ſapientiæ.* 1. Cor. 2. De quo nè ullum reſtet dubium, ità proclamat Melliſluus Doctor. *Experto crede, aliquid amplius invenies in ſilvis quàm in libris: ligna & lapides docebunt te, quod à Magiſtris audire non potes.* Epiſt. 106. Verè pulchrum eſt cum arboribus loqui, *hi trunci ſubinde ſunt eloquentes Mercurij.* In hac eremo factus eſt Romedius excellens Metaphyſicus, à ſublunaribus omnibus abſtractus, & in contemplatione Entis entium totâmente defixus. In abſtruſa ſpecu Deum ſpeculando, factus eſt *ſpeculator illius magnitudinis*, 2. Petr. 1. ſolitaria namque vita teſte ſancto Baſilio: *Cæleſtis doctrinæ Schola eſt, illic namque DEUS eſt totum quod diſcitur.* de Laudi: vitæ ſolitar. Procul ſubduxit ſe Romedius à turbis, quia *difficile eſt in turba CHRISTUM videre.* Auguſt. Tract. 17. in Joann. Procul ſeceſsit ab omni ſtrepitu fori quia juxta ſanctum Ambroſium: *diabolus ſonum quærit*, & CHRISTUS ſilentium. In Pſal. 43. Factus eſt Romedius, à temporalibus remotior, ut æternis fieret propinquior, nam *qui internam quietem diligunt* ait Richardus à S. Victore, *quantò ſe à temporalibus ampliùs elongant, tantò magìs æternis appropinquant.* In hoc deſerto habitavit Romedius extra mundum, quamvìs omnis homo *ſit civis mundi.* Hìc auſpicatus eſt æternitatem intra tempus, hìc poſuit rudimenta vitæ futuræ. In hac

eremo præmiſit merita ad Cælum olim præmianda, & æternam poſſeſſurus felicitatem, illam hìc meditando deguſtavit. Abjecit Romedius mundi negotia, ut otiô ſanctô frueretur, nunquam magìs negotioſus nisì dum otioſus, nunquam minùs vacans, quàm cùm DEO & animæ ſuæ vacabat. Fuit omnium curarum quæ Cælum non curant vacuus, omnium rerum quæ mundi ſunt minimè curioſus, non tamen incurius curiæ cæleſtis. Tale otium non eſt otium, quia ùt ſanctus Bernardus docet: *otioſum non eſt vacare DEO, imò negotium negotiorum omnium maximum.* Verificatum fuit illud in ſancto Romedio, quod ait Seneca: *ſolitudinem quærit, qui vult eum innocentibus vivere:* ratio in promptu eſt, quia voluptates deſertum deſerunt, malunt enim à petulante digito titillari, quàm ab aſperis deſerti ſpinis duriter compungi. Vepres fugit Venus à ſpinis ſemel vulnerata. Abſunt à deſerto vitia, *& in illo nitent virtutes, & adſtat gratioſus DEUS.* Similis factus eſt Romedius fontibus, nam amant ſolitudinem fontes, quia ibi innocentes fluunt. Derivantur in urbem inviti, quia extra urbem caſtæ Nymphæ ſunt undæ, quæ intra urbem fiunt balnea Veneris. Maculantur ſceleribus quæ abluunt. Extra urbem ſunt liberæ, in urbibus autem incarcerantur. Urbes eſſe carceres ſenſit purpuratus Dalmata proclamans: *oppidum mihi carcer eſt, ſolitudo paradiſus.* In hac ſolitudine Romedius vixit juxta illam ſenioris Tobiæ regulam: *Bona eſt oratio cum jejunio, magìs quàm theſauros auri recondere.* Non tantùm oravit, ſed etiam exoravit, oſtendens verum eſſe illud S. Chryſologi dictum: *nihil eſt potentius homine orante.* Potentiam orationis comprobavit, quando ex duriſsima petra precibus ad DEUM fuſis limpidiſsimum fontem elicuit, & advotum ſuum fluere fecit. Non quæſivit Romedius alium potum nisì iſtum, quem DEUS dedit & natura. Ex hoc fonte ſitis habuit ſatìs. Hæc aqua fuit verè *aqua fortis*, quæ vitam hominis confortat, dicente ſacrâ paginâ: *initium vitæ hominis, panis & aqua.*

De vita ſolitar.

Libro de moribus.

Anton. Paduan. dom. 4. advent.

Hieron. Epiſt. 71.

Cap. 12.

Eccli. 29.

Deri-

Derisit sanctus Eremita illud famosis Heluonibus (qui non bibunt ut vivant, sed vivunt ut bibant) primum madidæ scholæ principium: *vina bibant homines, animantia cætera fontes*; quin imò contrario regulabatur versu: *vina necant homines, salvant animantia fontes.* Fabula sit de Pegaseo fonte bibentes Poëtas Apollineo afflari spiritu, & divinô incalescere enthusiasmô. Ipsa veritas est, Romedium cum socijs suis ex hoc fonte bibentem, adeò divini amoris æstu incaluisse: ut cum Poëtis dicere potuerit, *est Deus in nobis, agitante calescimus illô.* Incaluerunt ex hoc fonte bibentes devoti Eremicolæ, animabant sese illô hymni Ecclesiastici versiculô: *læti bibamus ebriam sobrietatem spiritûs.* Assvetus Cæli delicijs Romedius, vix cibô eguit, sapuitilli pro cibo solius abstinentiæ sapor, & ipsamet querela ventris illi pro bellarijs fuit. Ut in illo nutrirentur virtutes, subtraxit corpori nutrimenta, nam ùt graviter effatus est sanctus Leo Papa: *semper virtuti cibus jejunium fuit.* Quantos per hanc austeram vitam, & eremi incolatum, in sanctitate progressus fecerit Romedius, clarè ostendit; dum illam salvatoris nostri se percepisse lectionem demonstravit: *discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Hoc fusiùs explanans Hipponensis Doctor proclamat: *Discite à me non mundum fabricare, non cuncta visibilia & invisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum & humilis corde.* Hujus tam præclaræ virtutis egregium specimen edidit Romedius, quando ad visitandum sanctum Vigilium (à quo raræ pietatis & conspicuæ sanctitatis hausit documenta) Tridentum perrexit. Vix enim illam urbem ingressus fuit, & mox publicæ famæ rumor omnium ora occupavit, Divum Romedium virum DEI, Tridentinam Civitatem suâ præsentiâ beâsse. Quô auditô ingens civium & familiarium confluxit multitudo, quæ in genua provoluta, sacram à Romedio sibi impertiri desiderabat benedictionem. Romedius verò *quia parvulus fuit in oculis suis,*

Serm. de jejun.

Matth. 11.

1. Reg. 15.

hanc ſacram obire recuſavit functionem, & devotiſſimum populum ad ſanctum Vigilium pro benedictione remiſit. Ex hoc magna Divi Romedij humilitas eluceſcit. Fuit ille quidem in oculis hominum magnus ſanctus & mirabilis Thaumaturgus, ſed in oculis ſuis parvulus, cum
Pſal. 131. Regio Pſalte valens dicere: *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Magna de Romedio ſentiebat populus, ſed ille de ſe eò minus, quia atteſtante S. Gregorio: *hoc ſolum ſolet eſſe ſpecificum electorum, quòd ſe ſemper ſentiant infrà quàm ſunt.* Magnus ſanctitatis in viro DEI fulgor Tridentinorum civium oculos perſtringebat. Ille autem in cernenda propria excellentia planè cæcus fuit, electos DEI imitando, de quibus idem Eccleſiæ Doctor ità
Lib. 22. Moral. c. 5. loquitur: *penè ſoli verè electi bona ſua non vident, quæ in ſe videnda omnibus ad exemplum præbent.* Denique per omnium ora fama ſanctitatis illius volabat: at ille ſolus ſe ſanctum ignorabat. Hæc magna ignorantia magnæ humilitatis index eſt. Id præclarô confirmat teſtimoniô Clarevallenſis Abbas ità ſcribens: *Magna & rara virtus, ut magna licèt operantem, magnum te neſcias; & manifeſtam omnibus, tuam te latere ſanctitatem.* Porrò ut etiam homines illius ſanctitas lateret, ad conſveta humilis Romedius eremi ſui ſe recepit latibula, unicè deſiderans ignotus eſſe omnibus, & ſoli notus DEO.
Serm. 13. in Cant.

Romedius mundo valedicens intrat eremum,
Et curas mundi cedere mente jubet,
Ite procul curæ! mundus non eſt mihi curæ:
Nam curare nihil, eſt mea cura modò.

DO-

DOMUS SANCTIFICATIONIS.

Isaiæ. 64.

Gloria Religiosa Domûs Thuniana.



Lorioſa Domus de Thun tunc ſummè eſt in gloria, quando maximè appetit eſſe ingloria. Ipſe contemptus gloriæ illam glorioſam facit, & dum inanes honores fugit, in veros incidit. Valde notanter dixit ſanctus Chryſoſtomus: *contemne gloriam, & eris glorioſus.* Luculenta hujus rei dederunt teſtimonia, complures ex hac Illuſtriſsima Familia utriuſq; ſexûs perſonæ, quæ Religioſum ſtatum amplectendo, & accepta cruce CHRISTUM ſequendo, exemplô ſuô oſtenderũt, quòd *gloria magna ſit, ſequi Dominum.* Abfuit ab illis gloriari cum Doctore Gentium, *nisì in cruce Domini noſtri JESU CHRISTI.* Spreverunt Thuniadæ mundum militantem ſub vana gloria, & ideo glorioſi facti ſunt: *quia magni & excelſi animi eſt deſpicere & calcare mortalia.* Hoc unicum ſibi glorioſum eſſe exiſtimabant, quòd cum veritate dicere potuerint: *gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et quia *humiles ſpiritu ſuſcipiet gloria, & qui ſe humiliat exaltabitur*, depreſſerunt altos ſpiritus, nolentes eſſe

Serm. 25. in Epiſt. ad Hebr.

Eccl. 23.

Galat. 6.

Lactant. de vero cultu l. 6. c. 8.

2. Cor. 1.

Prov. 29.

Domini ſed ſervi DEI, perpendentes quàm magnus ſit ille famulus, qui ſe ſcribit *ſervum ſervorum DEI.* Non volebant eſſe Comites, & Domini de Thun, ſed ſervi Domini Dominorum; & ideo facti ſunt Reges, nam teſte ſancto Ambroſio *qui vult eſſe Rex, ſit ſervus in Domino:* & juxta ſanctum Petrum Damianum, *huic ſervire regnare eſt.* Animarum ſuarum ſaluti conſulentes Comites de Thun, diverſos ingreſsi ſunt Religionum ordines, piè credentes omnes illos qui in ſacris Religionibus juxta ſanctorum regulas ordinatè vivunt, non poſſe ad infernum deſcendere, quia in illo *nullus ORDO ſed ſempiternus horror inhabitat.* Ex hoc ipſo motivo CONRADUS de Thun amplexus eſt ordinem ſancti Benedicti, firmiter ſperans, ſibi in ultima mundi die, à CHRISTO cum reliquis Benedictinis dicendum: *venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi:* & quis dubitet pientiſsimũ CONRADUM aſſecutum fuiſſe coronam gloriæ in Cælis, qui tam religiosè vixit in terris, ut Abbatiali Infulâ Einſidlenſi coronatus, Principibus Romani Imperij meruerit annumerari. Eundem ſacrum Benedictinorum ordinem ingreſſa eſt CATHARINA de Thun quæ ità Dominum benedixit, & bene vixit, ut tanquam Rectrix Parthenonis Sonnebergenſis in Abbatiſſam meruerit benedici. Præluxit CATHARINA conſororibus ſuis in hoc monte, *quaſi ſol refulgens*; & tunc maximè titulum Illuſtriſsimæ de Thun, ſeu de bonis operibus eſt promerita, unde piè credendum eſt, eam perveniſſe ad dilectum ſibi ſponſum, *qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Sprevit ſuperbiam vitæ JUDITHA de Thun, nolens eſſe illuſtris Domina, ſed humilis famula ex ordine ſervarum Beatiſsimæ Matris Virginis: proinde nominis *Judith* memor, Beatiſsimam ſuam Dominam fuit imitata, quæ teſte ſancto Antonio *ſuâ ſapientiâ & fortitudine, interfecit illum terribilem, & ſuperbiſſimum Holofernum diabolum.* Similiter ANNA de Thun ſe reſolvit præclarè, ſanctæ Claræ ordinem intrando, in

Lib. 8. in Lucam. Serm. 58.
Job. 10.
Matth. 25.
Eccle. 50.
Pſal. 18.
In ſumma part. 4. tit. 15. c. 14.

quo

quo multis claruit virtutibus, pro quibus finè dubio DEUS, *dedit illi claritatem æternam.* Nec impari zelo arsit JOANNA CATHARINA de Thun, quæ Carmelitanam amplectens regulam, plena Eliæ spiritu, amorem divinum spirans, & cæleſtia sperans, *spiritum suum reddidit DEO qui dedit illum.* Ad familiam de Thun etiam pertinet Patrum Capucinorum ordo Seraphicus, in cujus laudes liberaliter excurrerem, nisi me sancta hujus sacri ordinis humilitas, à candidissimo meo proposito revocaret. Vult illa ex suis laudari neminem: profectò hæc summa laus est, nolle laudari, & laudabiles viros habere. Ex hoc ipso capite meretur omnes laudes, dum omnes respuit. Decipiam nihilominus modestiam, tam humilis Religionis, & dum nihil dicere videbor, dicam aliquid, & nullius nomen proferendo, aliquem nominabo. Habuit non ità pridem Seraphicus ordo ex hac illustrissima Familia Comitem, qui cum Psalte Regio *elegit abjectus esse in domo DEI, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Si nomen illius quæritur, in sæculo illud habuit cum Austriacorum Cæsarum Patriarcha commune, sed illud ipsum in sacra Religione, unà cum pleno titulo Comitis de Thun, ad titulum *JESU Nazareni Regis Judæorum* in cruce suspendit, & novum nomen in JOANNE & MARIA sub cruce stantibus collegit. Dixi, dum nihil dixi, & neminem ex hoc sacro ordine nominando, illum ipsum nominavi. Quamvis autem nomen illius expressum non foret, in hoc libro, piè sperandum est, nomen ipsius scriptum esse in Cælo, ad quod è mundi cæno elapsô propè biennio evolavit. Magnam sanè consecuta est gloriam familia de Thun DEO devota per tria vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ. Per castitatem Religiosi Thuniadæ facti sunt Angeli, nam teste sancto Ambrosio, *castitas Angelos facit.* Plurimùm exornat hæc Angelica virtus Religiosam Nobilitatem, quia juxta sanctum Cyprianum,

Eccle. 12.

Eccle. 12.

Psal. 83.

de 12. abiſ. 2. *caſtitas eſt ornamentum Nobilium, exaltatio humilium, Nobilitas ignobilium; pulchritudo vilium.* Ex paupertate Religioſa magnum lucrum conſecuti ſunt pauperes CHRISTI Thuniadæ, deſerendo divitias, divites effecti illis annumerantur, qui ſunt *quaſi nihil habentes & omnia poſſidentes.* 2. Cor. 6. *Quid oro locupletius*, exclamat Laurentius Juſtinianus, *quàm nihil habere, & omnia poſſidere? proprium ſpernere patrimonium, & CHRISTI eſſe hæredem: Monaſteriorum quippe reditus theſauri ſunt Salvatoris.* In ſumma hac paupertate Religioſi Thuniadæ minimè ſunt pauperes, nam ùt ait Lactantius, *qui apud DEUM dives eſt, pauper eſſe nunquam poteſt.* Sed quænam ſunt iſtæ illorum divitiæ? Reſpondent illi cum ſancto Auguſtino: *divitiæ omnes DEUS noſter*, qui caret DEO, caret omnibus, nam *DEUS eſt omnia in omnibus.* Unde proclamat idem Hipponenſis Præſul, *omnis mihi copia quæ DEUS meus non eſt, egeſtas eſt.* Reliquerunt propter DEUM Religioſi Thuniadæ non tantùm divitias ſed etiam ſemetipſos, & per votum obedientiæ, abdicârunt propriam voluntatem. Magna profectò hæc eſt reſolutio! de illa magnus magnificè loquitur Gregorius, *laborioſum non eſt homini relinquere ſua, ſed valde laborioſum eſt, relinqvere ſemetipſum, minus quippe eſt, abnegare quod habet, valde autem multum eſt, abnegare quod eſt.* Deſeruerunt Thuniadæ auguſta palatia, & ad anguſtas cellas ſe receperunt, relinquendo converſationem hominum, devenerunt ad conſortium Angelorum. Egregiè ſanè hoc declarat Mellifluus Doctor, dum ait: *audeo dicere ſancti Angeli cellas habent pro Cælis, & æquè delectantur in cellis quàm in Cælis*, unde argutè ſic modulatur ſacra Præmonſtratenſium Poëſis: *ſic cella quamvis parvula, magni poli fit æmula.* Abjecerunt Religioſi Thuniadæ omnem veſtimentorum pompam, averſati ſunt omnem indumentorum molliti-em, induerunt aſperrimos habitus, & millecentonibus repeciatos ſaccos: pro ſolatio ſuo habentes illam ſancti Chryſoſtomi ſententiam: *qui mollibus veſtiuntur, in domi-*

De obed. c. 18.

De vero Cult. lib. 6. c. 12.

Serm. 3. de ſanct.

Lib. 13. Confeſſ. c. 8.

Homil. 32.

Breviar. Præmonſt. de S. Gerlaco.

in Matth. c. 11.

bus

bus Regum sunt, qui verò talia non habent in Cælis sunt. Deridet hæc omnia, *stulta mundi sapientia*, rident delicatula, mollicula, tenellula, effœminata omnium voluptatum mancipia, & non audiunt inclamantem sibi Senecam: *ride! pedetentim tamen, nihil enim est turpius risu irrisione dignissimo:* risus iste olim in fletum, & cachinnus in singultum convertetur. Veniet profectò illud tempus, appropinquabit citò illa horrenda dies, in qua stulti amatores hujus mundi (videntes â se derisos Religiosos Cò-
mites de Thun in Cælesti triumphare gloria) *turbabuntur timore horribili, dicentes, intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritûs gementes, hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sinè honore; ecce quomodo computati sunt inter filios DEI, & inter sanctos sors illorum est.* Sapientissimè igitur egistis Religiosi Thuniadæ, deseruistis temporalem gloriam, ut perveniatis ad æternam, abjecistis inanem titulum, ut accipiatis *vitulum saginatum.* Famosum stemmatis vestri Monocerotem ex gentilitio scuto expunxistis, & cordi vestro tanquam nobilissimum insigne, impressistis Jesum qui est *dilectus quasi filius unicornii.* Deniq; gloriosè sprevistis mundi *reputationem*, quam nihil aliud existimâstis esse nisi vanam *in reputationem*, sed pro illa magnũ apud Deum assecuti estis respectum, dicente Domino: *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos.*

Sap. 5.

Luc. 15.

Psal. 28.

Sunt Comites de Thun illustres stemmate, verùm
Plus lucis, Christum dum comitantur habent.
Illustres Comites creat isto carmine Christus:
Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Joan. 8.

DIGRESSIO VIII.

An homo solitarius semper sit solus?

ANimus solitarius solus est & non solus. Inter multos solus esse potest, & dum maximè solus est, infinitâ rerum societate gaudet. In centro urbis potest esse extra urbem, in medio populi consistens subtrahere se multitudini potest, etiam dum est præsens. In curia constitutus potest esse extra omnes curas, valet cum Philosopho dicere: *ite curæ! placet solum esse*, nam vobiscum non possum solus esse. Solitarius animus procul ab omni conversatione hominum remotus, videtur quidem esse solus, frequenter tamen dum solus est, cum hominibus conversatur. Audit intra se Ciceronem declamantem, Platonem philosophantem, Aristotelem disputantem, Senecam moralizantem, Livium historias narrantem; ab omnibus discit aliquid: & quis dicat illum esse solum, qui inter tot versatur instructores? Solitarius animus sæpe dum solus est, ascendit in Cælum, vagatur inter sidera, volat inter nubes, peragrat regiones, navigat maria, descendit ad centrum terræ, volvit & revolvit omnia elementa, & quomodo hic animus potest esse solus cui totus mundus est socius? Mirabiliora

biliora audi. Quod pridem præterijt, animo ſolitario ſe ſiſtit, quod pridem mortuum eſt, in illo reviviſcit, quod pridem effluxit, adhuc apud ipſum ſtagnat, illi heſterna dies adeſt hodie, illi omne vetus recens eſt, in illo tota antiquitas renovatur, & illo cogitãte *tempus edax rerum* quidquid à ſæculis devoravit, evomit. Et quomodo ſolus eſt ille animus, in quo ea quæ ampliùs nõ ſunt adhuc exſtant, & quod ampliùs non eſt, adhuc adeſt. Exiſtunt in ſolitario animo ſinè miraculo (quod mirum eſt) pridem collapſa mundi miracula, adhuc in illo Pyramidibus ludit ſtulta Ægyptiorum Regum arrogantia, mole ſua ſuperbiunt muri Semiramidis, & turris Babylonica cælum penè ſuo culmine tangit, adhuc Pharus prægrandi igne vaſta illuminat maria, & penè diem facit, adhuc fulminantem Jovem ad vivum exprimit Jupiter Olympicus, & penè tonat. In ſolitario animo nondum Regis Mauſoli ſepulchrum ruinâ ſuâ ſepultum eſt, nondum templi Dianæ majeſtas in ruderibus jacet; quapropter novum foret miraculum, ſi ille animus eſſet ſolus quem implent tot miracula. Adhuc miraculorum ſatìs non eſt. Animo ſolitario non rarò quod nec fuit, nec eſt, jam præſens eſt. Adſunt in illo anni futuri, & venturorum dierum tempeſtates olim orituræ, effectus ſuos producunt. Reboant in illo tonitrua, micant fulgetra, feriunt fulmina, & pluvia quæ nondum eſt nata, cælo delabitur, ſol nondum ortus occidit, in illo futura jam meſsis colligitur, agro nondum ſeminato, in illo poſt ſæcula naſcituri, hodie conſeneſcunt homines, & quomodo ſolus poteſt eſſe ille animus, cui illud quod adhuc nihil & nullum eſt, jam adeſt. Nondum ſatìs dixi miraculum miraculorum dicturus. In ſolitario & metaphyſico animo præſens eſt, quod nec in rerum natura eſſe poteſt. In illo adeſt quod eſt impoſsibile, & ipſa impoſsibilis poſsibilitas, ſe illi ut poſsibilem ſiſtit. Saliunt in illo Hirco-cervi, mugiunt Minotauri, & *ſtridet flammis armata Chimæra.* Imò quod nec DE- *Virgil. l. 6. Æneid.*

 US

US facere poteſt, intrà ſe procreat monſtroſiſſimum *Ens rationis*. Et quomodo ille animus ſolus eſt, cui ipſa impoſsibilia ſe ſocios adjungunt? Igitur poſt hæc omnia quis hanc mirabilem non amplectatur ſolitudinem, quæ vacua eſt & ſemper plena, in qua ſi alij non adſint hoſpites unicus homo populum facit. Ingeniosè ſanè effatus eſt S. Hieronymus contra Jovinianum: *ſapiens nunquam ſolus eſſe poteſt, habet enim ſecum omnes.* Hanc eruditam ſolitudinem, viro prudenti ſvadet bonorum morum Magiſter Seneca dicens: *Fuge multitudinem, non invenio cum quo te malim eſſe quàm tecum*; quod rurſum inculcans ait: *Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge & unum. Unus pro populo mihi eſt, & populus pro uno. Mihi ſatìs eſt unus, ſatìs eſt nullus.* Si vis magnus eſſe, & non fieri minor, *quid tibi præcipuè evitandum exiſtimem: quæris? turbam. Ego certè* (inquit idem ſapientiſsimus Philoſophus) *confiteor imbecillitatem meam, nunquam mores quos extuli, refero: ſemper aliquid ex eo quod compoſui turbatur.* Huic conſonat Chriſtianus Seneca, & ſanctæ diſciplinæ Magiſter Thomas Kempenſis: *quoties inter homines fui, ſemper minor homo redij.* Sed fortè *conquereris virtutem abſcondi? nulla virtus latet, & latuiſſe non illius damnum eſt.* Si virtuoſus es, tecum habita, & *nè te quæſieris extra. Compoſitæ mentis ſignum eſt poſſe conſiſtere & ſecum morari.* Quanti æſtimanda ſit ſolitudo ex his collige. DEUS qui ſummè eſt, ſolus ſanctus, ſolus Dominus, ſolus altiſsimus eſt, & ubique ſolus eſt, quia ubique unus eſt. Suſpice cælum, & vide clariſsima ſolitudinis exempla. Sol ſolus eſt, & Luna eſt una. Si tamen ad ſolitudinem te recipere non vis, ſaltem cum Seneca *animum coge, ſibi intentum eſſe, nec evocari ad externa: omnia licèt foris reſonent, dummodo intus nihil tumultûs ſit.* Si urbes deſerere non vales, ſequere hoc conſilium Clementis Alexandrini. *In civitate habitans contemne ea quæ in civitate ſunt, vive in civitate tanquam in ſolitudine.* Si mundi negotia vitare non potes, ſubde illa tibi, & non te illis, herus

Epiſt. 10.

Epiſt. 7.

Seneca Epiſt. 74. idem.

Idem Epiſt. 56.

Lib. 7. ſtromat:

S. ROMEDIUS

Architectus sapiens. 1. Cor. 3.

Omnia in gloriam DEI facite. 1. Corinth. 10.

DEmoturus gloriam DEI Romedius, in fide Romanæ Ecclesiæ bene fundatus, factus est sacræ ædis munificẽtissimus Fundator. Divo enim Vigilio ad majorem DEI gloriam pro constructuenda Ecclesia S. S. Gervasij & Prothasij amplissimos sumptus, & plusquã mille hominũ capita resignavit. Nec potuit facultates suas glorioſius impendere, quàm ad gloriam DEI, nec fructuosius applicare, nisi dando DEO: cui quidquid datur redditur, & nemo illi quidquam donat de suo. Agnovit hoc ipsum templi Jerosolymitani Regius Fundator, ità DEUM alloquendo: *Tua Domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Non potuit Romedius magìs utilem construere fabricam, quàm templum DEI, tutissimum in peste fame, & bello azylum. Si enim (ut loquitur sacer textus) *fugerit populus inimicos suos;* in hac sacra æde firmissimum inveniet fortalicium, omnibus hostibus formidandum: quia *terribilis est locus iste.* In illo reperitur *turris fortitudinis à facie inimici.* In illo pugnat Christianus populus (teste Origene) *ore & oratione.* Hæc Domus orationis instructissimũ est contra omnes visibiles, & invisibiles hostes armamentarium,

1. Paralis 29.

Genes. 20. Isal. 60.



Joan: Steger del:

M. Knola Sculp:

um, quia juxta mentem S. Chryſoſtomi: *magna arma ſunt preces.* In Matth. Proſequitur hujus divinæ Domûs privilegia ſacra pagina dicens: *ſi oborta fuerit in terra peſtilentia, aut corruptus aër*, 3. Reg. 8. in templo tanquam pretioſiſsimo pharmacopolio reperitur *aqua vitæ*, de qua quicunque biberit, *fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Joan. 4. In hac ſacra ſpiritualium medicamentorum officina ſaluberrimum invenitur medicamentum, de quo ſanctus Auguſtinus: *Medicina eſt venerabile Sacramentum.* His ſubjungit ſacer textus: *ſi clauſum fuerit cælum, & non pluerit, aut fames oborta fuerit in terra*; in hac ſanctiſsima æde tanquam ampliſsimo granario, pro ſedanda fame reperitur *frumentum electorum*, Zach. 9. ex quo conficitur *panis Angelorum, & panis vivus, ex quo qui manducaverit, non morietur in æternum.* Pſal. 77. Joan. 6. In exſtructione hujus templi erexit Romedius locupletiſsimum rerum omnium venalium emporium. Nihil eſt in cælis tam optabile, in terris tam deſiderabile, ſub terra tam æſtimabile, quod in hoc loco emi non poſsit. Hìc licet teſte S. Chryſoſtomo *precibus mercari quod optas.* Nam ùt ait doctiſsimus Oſorius. *Oratio eſt pecunia ſpiritualis, quâ mediante omnia acquirimus, quæ volumus, & qui eam habet, omnia ſe habere credat.* Homil. de Moyſe Dom. 5. poſt Paſcha. In ſacris his nundinis quilibet dives eſſe poteſt. Si devotam orationem obtulerit, certè non offert levis momenti monetam, ſed juſti ponderis, quia juxta ſanctum Petrum Damianum, *gravius penſat orationis obolus, quàm auri talentum.* L. 6. Epiſt. 2. Vólens ingredi cæleſte palatium Romedius, ut in altum poſſet aſcendere, erexit Domum orationis, ut per illam tanquam ſcalam Jacob uſque ad cælos pertingere poſſet. Confirmat hoc Eccleſiaſtes dicens: *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.* Cap. 35. Ut ad cæleſtem Jeruſalem illi pateret aditus, templum conſtruendo ſibi portam aperuit, quia hic locus *non eſt aliud quàm porta cæli.* Ut poſſet Geneſ. 28. cæleſtem reſerare januam, in ipſo templo orationis beneficiô clavem invenit: etenim *Oratio juſti clavis eſt cæli*, ſanctus ait Auguſtinus. Dom. 15. poſt Trin. Et quid grandius ac glorioſius præ-

ſtare potuit Romedius, quàm domum Deo ædificando, qui eſt *Rex Regum?* proinde Templa Divus Chryſoſtomus meritò dixit *regijs aulis eſſe clariora.* Hæ ſacræ ædes atteſtante S. Ambroſio: *ſunt aula DEI*, adeoque cùm DEUS ſit *Dominus Dominantium*, ſacra illius domus erit aula aularum. Nec potuit Romedius memoriam nobiliſsimæ ſuæ domûs magìs reddere immortalem, quàm ædificando palatium Regi immortali. Profectò Eccleſia auguſtum palatium eſt, *in quo Rex Regum ſtellato ſedet ſolio, cui millia millium miniſtrant, & decies centena millia aſſiſtunt.* In hoc loco reſidet DEUS, tanquam in *throno gratiæ, séque cum fiducia accedentibus* totum exhibet familiarem. *Hìc licet colloqui cum DEO orando* inquit S. Chryſoſtomus: *hìc licet fabulari cum eo, & quamvìs vocem ejus audire non poſſis tamen dum id quod petis accipis, colloqui tecum non verbis, ſed beneficijs dignatur.* Hìc DEUS orantibus præbet audientiam, in hoc loco Divina Majeſtas acceptat libellos ſupplices, illísque gratiosè ſubſcribit: *fiat ùt petitur.* Hoc enim DEUS templi Jeroſolymitani regio fundatori promiſit dicens: *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus qui in loco iſto oraverit.*

Homil. 66. ad pop. Antioch.

2. Offic. c. 21.


Daniel. 7.

Hebr. 4.

Homil. de Moyſe.

2. Paral. 7.

Nec ſatìs erit Romedio eſſe munificum Eccleſiæ fundatorem, nisì etiam in illa exſtruenda laborioſum ageret operarium. Non ſatìs illi erat liberali manu pro ſtructura ſacræ fabricæ opes profundere, nisì etiam laborioſam manum ad pium opus applicaret. In vaſta ergo ſolitudine ſuâ ſociorúmque ſuorum operâ pientiſsimus architectus parvæ capellæ fabricam eſt aggreſſus, non tam *fortunæ ſuæ* quàm fortunatæ æternitatis *faber.* Comportabat ligna, adferebat lapides, advehebat cæmentum: ſed quicquid diurnus labor magnâ ſedulitate congeſsit, id totum una nox ſtupendo miraculo in oppoſitum collem transportavit. Viſæ ſunt inter profunda noctis ſilentia, inſolito planè more diverſarum ſpecierũ volucres, res in unum collem congeſtas, in alterum transferentes. Credebantur



A. Lublinski del:

tur ligna & lapides ad conſtructionem ſacræ ædiculæ convolare. Ex tanto miraculo intellexit Romedius in hoc colle locum eſſe, quem cultui ſuo DEUS deputavit. Opus igitur proſecutus eſt, & capellæ fabricam felicibus auſpicijs abſolvit, quam tam *bonis avibus* inchoavit. Roma tam fauſtô augurió non fuit condita, quia fraterno ſangvine polluta: hæc verò capella parvula fraternô dilectionis vinculo à Divo Romedio ejúsque ſocijs fuit illuſtrata. Nec ſinè maximo animæ ſuæ emolumento pios labores exantlavit Romedius: divinis enim repletus gratijs refocillatus eſt ab illo qui dixit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos.* Matth. 11. Quia verò dignus eſt operarius mercede ſua, Romedio laboranti in terris, *repoſita fuit merces copioſa in cælis*, Matth. 5. & quidem non alia quàm ipſe DEUS qui Patriarchæ Abraham dixit: *Ego ero merces tua magna nimis.* Geneſ. 15. Cùm autem *benedictio DEI in mercedem juſti feſtinet* Eccl. 11. quàm acceptum ſibi fuerit hujus capellæ ædificium oſtendit DEUS, dum benedictione cæleſti prævenit humanam. Divus enim Vigilius Tridentinorum Antiſtes volens capellám ſolemni ritu poſt obitum Romedij conſecrare, in extaticam raptus viſionem cognovit, illam angelicô miniſteriô jam fuiſſe conſecratam, & authoritate Divinâ confirmatam, dicente Domino: *Elegi, & ſanctificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum.* 2. Paral. 7. Ex quo elucet, quòd à nullo DEUS ſibi libentiùs templa erigi ſuſtineat, nisì ab illo, qui ità vivit, ut dignus ſit, cui olim templa extruantur, nec ulla DEO gratiora eſſe altaria, nisì erecta ab illo, qui dignus eſt, ut eidem poſt mortem altaria dedicentur, & qui ità honorat ſanctorum reliquias, ut pariter dignus ſit qui poſt funera reliquiario includatur.

Pulchrè concordant non rarò nomen & omen,
Coveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.
Romedius clarè ſe nomen & omen habere
Demonſtrat, *muros* ædificando *DEI.

* *Romedius anagrañia Muros Dei.*

DOMUS DOMINI

Pſalm. 20.

Gloria Pietatis Thunianæ.



I illuſtriſsimæ huic Familiæ mihi ſpecialem titulum attribuere liceret, vocarem Comites de Thun *Divinæ Majeſtatis aulicos Architectos*: erecta enim ab illis tot ſumptuoſa templa, capellæ Altaria, monaſteria luculentiſsimè oſtendũt, eos exſtruendarum ſacrarum ædium ſpeciale à DEO accepiſſe talentum. Tam illuſtrem Comitum de Thun pietatem loquuntur diverſæ urbes, & provinciæ, in quibus ardentiſsimæ ſuæ devotionis præclara poſuerunt monumenta: Enim vero volebant liberalitatem ſuam ſacram eſſe, ut æterna eſſet. Exſtruxerunt templa, ut in illis non armatas ſed aureas preces funderent, imò armatas quia illis expugnatur invictiſsimus DEUS. Certè ſtabiliùs memoriam ſuam æternitati tranſcribere non potuerunt, quàm hæc duo correlativa nomini THUN correſpondentia, videlicet *fieri* & *facere* ſacris ædificijs aureis litteris inſcribendo, in quorum frontiſpicijs ad perpetuam Thunianæ gloriæ memoriã exaratũ legitur: *THUN FIERI FECIT*. Neque recens eſt hæc Comitum de Thun liberaliſsima devotio, quia jam ante quatuor ſæcula OTTONELLUS de Thun circa annum 1277. Monaſterium S. Michaëlis

apud

apud Königsberg exſtruxit. Ex quo piè ſperandum eſt, quòd Angelorum Princeps Michaël, qui cæleſtem gubernat militiam, à Domo Thuniana propulſaturus ſit adverſariorum malitiam. Accedit SIMEON de Thun, qui Baſilicam in caſtro Praggier circa annum 1469. ædificavit, verè conformis ſeni SIMEONI, eò quod fuerit *homo coram Deo timoratus*: cum hac tamen differentia, quòd ſenex ille SIMEON præſentaverit incarnatum DEUM in templo, hic autem præſentaverit templum Domino. Nec minori pietate arſit BALTHASAR de Thun, qui volens devotionem ſuam eſſe regiam, ſanctis Tribus Regibus Tridenti in monaſterio ſancti Marci honorificum ſacellum exſtruxit. Hinc non vanè augurari poſſum, ſanctos tres Reges Familiam Thunianam ducturos per viam Regiam continuæ felicitatis, & Comitibus de Thun lucem ſparſuram illorum ſtellam, ſemper in oriente, & nunquam in occaſu, ità ut Illuſtriſsima hæc domus ſemper futura ſit in *bona ſtella*. Oſtenderunt pariter erga ſacras fabricas liberalitatem ſuam SIGISMUNDUS & BERNARDINUS de Thun, quorum primus templum ſanctæ MARIÆ ſub caſtro Altæguardiæ egregijs bonis ditavit, alter verò Eccleſiam S. Romedij in valle Anania reſtauravit. Pro hac pia liberalitate uterque jus Patronatûs in dictas Eccleſias à ſede Apoſtolica impetravit. Decens quippe erat, ut qui ſacras habitationes cæleſtibus exſtruxerunt Patronis, eorundem *Patroni de Domo*, appellarentur in terris. Quia verò templum Domini, *Domus orationis* *Luc. 2.* *Marci, 11.* *eſt*, pietas Thuniana non ſolùm ſibi cordi ſumpſit ſacra ædificia, ſed etiam animarum ædificationem, non tantùm fundamenta poſuit pro oratorijs, ſed etiam fundationes erexit pro orationibus, ut per illas obtineretur ſalus vivis, & requies defunctis. Quis receníeat numeroſa anniverſaria quæ in ſubſidium animarum familiæ Thunianæ ſunt inſtituta? Conſimiles ſpiritualis miſericordiæ memorias erexit SIMEON de Thun, in Eccleſia Cathedrali S. Vi-

ctoris

ctoris in vico Thaio, in quo Presbyteri missam pro defunctis celebrantes honorificô prandiô excipiuntur, quia animas spirituali cibo refecerunt, & pro spirituali Eleemosyna donario temporali remunerantur. Similem devotionem instituit ANTONIUS de Thun in Ecclesia sancti Andreæ apud oppidum Clusam, item in S. Barbaræ & S. Jacobi Templo Oeniponti, ubi & lumen perpetuum ordinavit. Accedit BALTHASAR & JACOBUS de Thun quorum primus Tridenti in monasterio S. Marci, secundus verò in Ecclesia sanctæ Mariæ de Maleto anniversarias pro defunctis fundaverunt devotiones. Hos omnes in devota erga animas in piacularibus flammis existentes commiseratione superavit SIGISMUNDUS de Thun, qui præter solemne anniversarium, centum missæ sacrificia, per anni quatuor temporum intervalla, æqualiter divisa, liberaliter fundavit. Deprædicanda sanè est hæc insignis pietas, at perenni memoriâ digna Familiæ de Thun beneficentia, quæ in sola Tiroli præter Prioratum S. Romedij, alia undecim beneficia Ecclesiastica noscitur fundâsse, ità ut esse Comitem de THUN & esse BENEFACTOREM synonyma videantur. Altè illorum menti impressa est Apostolica illa sententia: *Dum tempus habemus* (simus de THUN) *operemur bonum.*

Galat. 6.

Hæc præteritorum sæculorum pietatis & devotionis Thunianæ sunt monumenta. Effluxerunt quidem sæcula, sed adhuc plenô alveô fluit pietas Thuniana, præterierunt tot annorum lustra, & adhuc lustratur pietas Thuniana. Disparuerunt antiqua tempora, & cum tempore non evanuit pietas Thuniana. Si Janus bifrons unâ facie præterita respiceret, & alterâ tempus præsens consideraret, in magno anceps hæreret dubio, cuinam ætati pietatis palma foret tribuenda: tanta enim præsenti sæculo Illustrissima hæc domus summæ erga DEUM, & Cælites, edidit pietatis specimina, ut mansura sit *laudatio ejus in sæculum sæculi.*

Psal. 110.

Quod

Quod ut teſtatum faciam, in medium produco Eminentiſsimum Principem GUIDOBALDUM Cardinalem, qui inter cætera piæ ſuæ magnificentiæ monumenta Cathedralis Eccleſiæ Salisburgenſis abſolvendæ (quam Archi-Epiſcopus PARIS fatis præventus imperfectam reliquerat) manus admovit, & ambas turres ad ſum̃um apicem perductas cuprô contexit, nec non frontem Baſilicæ prægrandibus è candido marmore ſtatuis exornatam abſolvit, in ipſa verò Baſilica præter marmoreum monumentum Anteceſſori ſuo poſitum, duas Capellas variegato marmore conſtravit.

Nec minori pietatis fulgore reſplenduit Princeps WENCESLAUS de *Thun*, cui Epiſcopatus Paſſavienſis plurimis titulis eſt obligatus. Poſtquam enim Civitatem Paſſavienſem inſatiabilis Vulcanus (qui nunquam dicit ſufficit) voracibus flammis maxima ex parte abſumpſiſſet; in cineribus ſuis pariter ſepultum jacuit Templum Cathedrale & Reſidentia Epiſcopalis. In hoc miſerrimo rerum ſtatu multa & magna erant facienda, reficienda, & perficienda: proinde opus fuit Præſule qui foret *de Thun*, id eſt *de facto* potens opere, potens ære. Talẽ Paſſavia invenit in WENCESLAO, qui omnem navabat operam ut ſe verè Comitem de *Thun* eſſe oſtenderet. Omnem movit lapidem, ut collapſum Epiſcopatûs Paſſavienſis decorem eruderaret, ſed inter tot lapides non invenit lapidem philoſophorum, quo ditatus tam grandes ſumptus, & expenſas ingentes ad hoc opus neceſſarias facere potuiſſet. Recurrendum igitur fuit ad bona Epiſcopalia, ſed hæc ipſa erant maximis debitis obærata, & in potentiſsimis manibus indè non nisì Herculeo robore extorquenda. Nihilominus pietas, & induſtria WENCESLAI, omnia perrupit obſtacula, & Eccleſiæ Paſſavienſis gloriam, nec non Epiſcopalis Reſidentiæ ſplendorem ex cineribus ſuis quaſi à mortuis reſuſcitavit, ac Epiſcopalem ſedem, ſumptuoſis mobilibus & copioſioribus pro-

ventibus (debitis exſolutis) reddidit auctiorem. Non tantùm in vita ſed etiam poſt mortem pius eſſe voluit WENCESLAUS: ideoque magna pro diverſis pijs cauſis & fundationibus reliquit media, quæ nondum propter infelicitatem temporum, & inſtabilitatem rerum, ad deſideratum finem ſunt applicata. Bene tamen ſperandum eſt, poſtquam inter magna Eccleſiarum ſidera felicior occurrerit conjunctio, pientiſsimi Principis optimam intentionem ſortituram ſuum effectum.

In hac virtute pietatis etiam eminuit MICHAEL OSWALDUS Comes de Thun, cui ipſum nomen *quis ìt DEUS!* honoris divini zelum videtur impreſsiſſe. Ex hoc nomine Michaël angelicam erga DEUM traxit devotionem. Venerantur angelici ſpiritus DEUM Trinum & unum, ſinè fine dicentes: *Sanctus! Sanctus! Sanctus! Dominus DEUS Sabaoth.* Comes MICHAEL divinam veneraturus Majeſtatem, ſplendidam Baſilicam in Clöſterle ſanctiſsimæ exſtruxit Trinitati, & ſic DEI ter optimi, ter maximi, ter devotiſsimum ſe oſtendit eſſe miniſtrum. Ex quo bene ſperandum eſt, eum pariter apud ſuum Dominum eſſe térque quatérque beatum, nam ipſa dixit æ-
Joan. 12. terna veritas: *ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit.*

MICHAEL Reginæ Angelorum primus eſt Officialis. Comes MICHAEL ut ſe non poſtremum Mariæ cultorem monſtraret, Reginæ Angelorum Domum Lauretanam, & gratioſiſsimum ſacellū ſupra petram fluvio Egræ imminentem erexit, ibidémque beneficium Eccleſiaſticum pro habitatione & ſuſtentatione unius ſacerdotis (qui ad legendam quotidie Miſſam eſt obligatus) liberaliſsimè fundavit, majora à Deo beneficia recepturus. Dignum planè judicabat Comes MICHAEL illam honorare Matrem, per quam nomini de *THUN* ingens gloria accreſcit. Illa enim verè eſt de *Thun*, quæ eſt Mater Verbi,
Joann. 1. *per quod facta ſunt omnia.* Maria ſanè *mirabilis eſt factura*

Dei,

Dei, in qua ipſe DEUS omnium factor factus eſt. MIchaël Arch-Angelus Princeps eſt chori Seraphinorum: Comes MICHAEL Seraphyco arſit amore, dum Seraphicis Patribus Capucinis Ledetzij monaſterium erigi per ultimam ſuam voluntatem ordinavit, ut in illo laudaret Deum chorus terreſtrium Seraphinorum. Denique ruinoſam ſancti WENCESLAI in Svvögſchitz Eccleſiam reſtauravit, & plusquam viginti Eccleſijs, quarum Patronus exſtitit, non modica legata fecit, piè credens ſe in extremo judicio non poſſe causâ ſuâ cadere, cùm tot in cælis habeat patronos, & Advocatos. *S. Damian. ſer. de Epiphan.*

Excellentia quoque Pietatis ſpecimina edidit Excellentiſsimus Dominus MAXIMILIANUS Comes de Thun, qui in honorem ſanctæ Crucis Tetznæ ſplendidam erexit Eccleſiam, inter rariora Boëmiæ opera connumerandam. Verè fundata eſt hæc Eccleſia ſupra firmam Petram: nam auctor naturæ, & ſummus mundi Archi-tectus, quando jecit fundamenta terræ, pariter hìc poſuit primum lapidem fundamentalem, quem Celſiſsimus Princeps JOANNES ERNESTUS è Comitibus de Thun, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, benedictione ſuâ ſacravit, eidémque ſuperſtructam Eccleſiæ fabricam maxima ſolemnitate conſecravit. Servat hæc ſacra ædes tanquã pretioſum Cimelium effigiem Chriſti Crucifixi, grandi miraculo ob liberatos inviſibili auxilio ex tyrannide Turcica Chriſtianos Sclavos famosã, qui fractos compedes tanquam gratitudinis ſuæ anathema ibidem appenderunt, CHRISTUM ſummis laudibus proſequentes, qui illos per crucem ſuam à Turcica, & totum mundum à Diabolica liberavit ſclavitate. Non ſuffecit Excellentiſsimo Domino MAXIMILIANO crucifixum DEI filium honorare, niſi pariter veneraretur DEI matrem crucifixam, in cujus honorem conſtruxit ſacram ædem ad ſimilitudinem Domûs Lauretanæ, in qua conceptus eſt CHRISTUS crucifixus, in qua Spiritu Sancto impræg-

Bernardin. Senens. ser 2. de Virg. Concept.

ta *Virgo fuit crucifixa cum CHRISTO in hora conceptionis, & crucifixa Crucifixum concepit.* Propter tam insignem pietatem plurima sibi cælestia bona promittere potest Comes Excellentissimus. Est ille hoc rerum statu Familiæ suæ senior: cùm ergo *MAXIMILIANUS Comes de Thun* Anagrammaticè: *Iste Senex Dominus jam multa* pro gloria DEI fecerit, in cruce *clavim Paradisi* invenit. Et quia *Matrem sanctæ spei* Domo Lauretanâ veneratus est, vicissim sperandum habet, qnod *MAXIMILIANUS Comes à Thun* Anagrammaticè *hìc maximus natu olim sanè* magnus vocabitur in regno cælorum. Nec silentio involvendum est ejusdem Civitatis Tetznensis Parochiale templum, quod idem Excellentissimus Dominus Comes ad tam elegantem formã reduxit, ut antiquitatis parum, sed plurimùm habeat novitatis. Oblita etiam non est præclara illius pietas spiritualis Pastoris ovicularũ CHRISTI, cui tam honorificam ædificavit Parochialem Domum, ut nihil ampliùs videatur posse exigere decentia Clericalis. Non tantùm ad vivos sed etiam ad mortuos ejusdem Excellentissimi Comitis pietas se extendit, nam præfatæ Civitatis Cæmiterium tam extraordinaria dispositione gratiosum reddidit, ut horto similior sit, quàm sepulchro, & magis reconditorium florum, quàm cadaverum esse videatur. Et appositissimè quidem ad sacram paginam dicentem: *homo quasi flos egreditur, & conteritur & fugit velut umbra.*

Damasl. 4. Eccli. 24.

Job. 14.

Quid dicam de singulari pietatis zelo, quo Divini cultûs augmentum promovere nititur Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Comes ROMEDIUS de Thun, qui in arce sua Choltizensi sacro Nominis sui Patrono, magnificam ac sumptuosam extruxit Capellam: Quæ cùm Divo ROMEDIO sit consecrata, & ejusdem sanctissimi Comitis reliquijs condecorata, tanquam pars historiæ specialem meretur tractationem. Sed quia multa dicenda forent augusta, quæ præsentis pagellæ capere nequit an-

angustia, ideo ad calcem operis exacta illius descriptio differtur. Interim (ut paucis multa complectar) Excellentissimus Dominus Comes nobilissimum nominis sui Patronũ imitatus, est verè ROMEDIUS, anagrammaticè exstruens *Muros DEI.*

O quantas pientissima hæc Familia expectandas habet è cælis liberalissimæ suæ devotionis remunerationes! *Oportet enim credere, quia DEUS est, & quia inquirentibus se remunerator est.* Hebr. 11. Pro exstructis sacris domibus vicissim ædificabit Dominus Comitibus de Thun, Augustissimo Cæsari, & Catholicæ Ecclesiæ *Domum fidelem.* 1. Reg. 2. Pro ædificatis monasterijs & copiosis religiosorum habitationibus, Comites de Thun *recipientur ad æterna tabernacula*, erunt domestici Thuniadæ in illa magna domo cælestis Patris, *in qua mansiones multæ sunt.* Joan. 14. Pro renovatis Ecclesijs renovabitur juventus Aquilæ Thunianæ, pro tam numerosis lapidibus fundamentalibus Ecclesiarum, in honorem Dei, & sanctorum exstructarum Illustrissimæ Domui Thunianæ dicet Dominus: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphyris.* Isai. 54. Pro tot pijs fundationibus, Comites de Thun *thesaurizabunt sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* 1. Tim. 6. Pro exstructis altaribus acceptabit in illis DEUS hostiam fundatoribus suis salutarem. Denique pro tot anniversarijs, Comitibus de Thun fluent anni æternùm felices, & pro lampadibus ac luminaribus perpetuis *lux perpetua lucebit eis.*

Clara Domus de Thun exstruxit plurima templa
Pro quibus è Cælo præmia magna feret.
Efficient Superi, ut domus hæc non evacuetur:
Ex hac stirpe Domi jugiter hospes erit.

DIGRESSIO IX.

Quid eſt Templum DEI?

EDavit S. Romedius ſumptuoſum templum extra ſe, ſed longè magnificentius intrà ſemetipſum exſtruxit. Externis templorum fabricis non capitur DEUS, qui intra hominem ſibi ſedem elegit. Totus macrocoſmus, ſeu magnus mundus minor eſt magno DEO, quem tamen parvus mundus ſive homo intra ſe concludit. *Ergóne credibile eſt, quòd habitet*
2. Paral. 6. Iſai. 66. *Deus cum hominibus ſuper terram, cujus ſedes cælum eſt, terra autem ſcabellum pedum illius?* Noli de hac re dubitare Chriſtiane, niſi velis diſcredere Doctori gentium ad Corinthios
1. Cor. 3. ſcribenti: *an neſcitis quia templum DEI eſtis? an neſcitis quo-*
1. Cor. 6. *niam membra veſtra templum ſunt Spiritûs Sancti?* ſed quodnã illud tam capax hominis membrum eſt, quod illam in ſe
2. Paral. 2. recipit majeſtatem, quam *cæli cælorum capere non poſſunt?* deſideras illud ſcire? cor humanum eſt; octavum mundi miraculum, quia ſumma magnitudo conjuncta eſt parvitati, nec parvitas excludit magnitudinem, nec magnitudo implet parvitatem. Cor eſt parvum mole, ſed maximum virtute, eſt portiuncula hominis, & major toto homine, eſt membrum parvulum, & plus capit, quàm totum corpus, eſt mundi particula, & hanc totus mundus implere non poteſt; adhuc vacuum remanet, cùm totus mun-

mundus illud intrat. Rectè dixit Hugo: *Cor parvum est, & magna cupit, vix ad unius milvi refectionem sufficere potest, & totus mundus ei non sufficit.* Cor triangularis est figuræ, & mundus est sphæricus. Non potest globus tres cordis replere angulos, quos solus implet ille, qui Trinus est, & unus. Unde DEUM alloquens Augustinus inquit: *satìs ostenditur quàm magnam creaturam rationalem feceris, cui nullô modô sufficit, quidquid Te minus est.* Proinde *nihil humano corde sublimius*: ait suprà citatus Hugo, *nihil nobilius: nihil Deo similius reperitur.* Quapropter nihil aliud quærit à Te nisì cor tuum, intra cor tuum habet Deus Templum, id est domũ suam. Sed qualis debet esse Domus ista digna Deo? *Deus est excelsus & sublimis*: necesse igitur est ut etiam *excelsi sint parietes templi.* Qui igitur in corde tuo pro Deo cogitas *magnam fabricam exstruere celsitudinis, de fundamento priùs cogita humilitatis.* Si vis imitari summum architectum, *disce ab illo non mundum fabricare, sed mitis esse & humilis corde.* Si plures hujus ædificij partes scire desideras: Dionysium audi, de hac spirituali fabrica eruditè disserentem. *In spirituali ædificio necesse est, firmũ ac profundum fundamentum locare quod est humilitas, patientia est pavimentum, quatuor parietes sunt quatuor virtutes Cardinales, Charitas demum est turris, tectum quoque est Spes, ostium autem prudentia, fenestræ sapientia.*

Lib. 3. de Anima.

Lib. 13. Confess. c. 8.

Isai. 57. Eccles. 50.

S. August.

Dion. Carthus. Serm. 5. de S. Thom.

Si concupiscis in cordis tui diversorio hospitem videre Deum: sis mundo corde, *beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*; quia *non exterioribus oculis, sed corde videtur Deus.* Delicatus nimis est Deus, omnem horret immunditiam, adeoque nos sequi oportet S. Augustini monitum dicentis, *quantùm possumus laboremus, nè Dominus noster in templo suo, hoc est in nobis ipsis, inveniat quod oculos suæ Majestatis offendat.* Exornanda sunt cordis nostri penetralia: *quod in illis corporaliter factum videmus in parietibus, spiritualiter fiat in mentibus.* Sanctus! Sanctus! Sanctus est Deus noster, necesse igitur est, ut corda nostra sint *sancta sanctorum.* Si domus Dei esse cupis, noli care-

Matth. 5. Aug. de Verb. Dom.

Idem Serm. 25. de tempore.

Idem.

Pſal. 92. re ſanctitate, quia ùt canit Pſaltes Regio *Domum tuam Domine decet ſanctitudo.* Si ergo templum Dei eſſe vis, eſto Sanctus, ut habitaculum aſsimiletur Divino Hoſpiti, qui *Levit. 11.* dixit: *eſtote ſancti; quoniam ego ſanctus ſum.* Unicum eſt homini cor, & hoc triangulare: adeoque proportionatiſsimum habitaculum Dei, qui trinus eſt & unus. Deus unus eſt, etiam in corde tuo vult eſſe ſolus, & abſolutè non *Deuter. 5.* vult pati *alium præter ſe.* Deus *lux eſt & tenebræ in eo non ſunt* *Joan. 1.* *ullæ.* Deus hoſtis tenebrarum eſt, *quæ enim ſocietas luci ad* *Matth. 6.* *tenebras?* cave ergo *nè corpus tuum tenebroſum ſit: & lux quæ* *Deut. 4.* *in te eſt tenebræ ſint.* Deus *ignis conſumens eſt*; quid ergo vult aliud *niſi ut accendatur?* diligenter igitur proſpice nè cor *Luca. 12.* tuum madidum fiat, & ad concipiendum Divinum ignem *Job. 15.* indiſpoſitum, dum peccando *bibis ſicut aquam iniquitatem.* Tres ſunt in corde anguli, & tres perſonæ in Divinis. Prima Perſona Deus Pater eſt *Creator cæli & terræ.* Tanquam Creator *ex nihilo produxit omnia*, & illud quod ab æterno fuerat ſuſtulit *nihil.* *Nihil* Deus pati non poteſt, omnia replet, ut D*eo plena ſint omnia.* *Nihil*, ſummè opponitur Deo. Quod non eſt, nihil eſt, Deus autem *ſummè eſt.* Nihil, eſt nihil: & Deus eſt omnia. O! quanta diſtantia inter nihil & omnia! ſi ergo Templum Dei eſſe concupiſcis, maximâ ſolicitudine attende, nè dum præſumis Te habere omnia, poſt ſcrutinium conſcientiæ, invenias in corde tuo nihil. Et quidem infeliciſsimum illud *nihil*, de quo *Tract. 10.* Sanctus ità loquitur Auguſtinus: *Peccatum nihil eſt, &* *in Joan.* *nihil fiunt homines dum peccant.* Cave, cave vacuum, ut cor tuum fiat plenum, & quidem illud vacuum, quod ſummè horret pleniſsimus Deus. Ad hoc evitandum *2. Corinth. 6.* nos exhortatur Doctor gentium ità ſcribens: *Exhortamur vos nè in vacuum gratiam* Dei *accipiatis.* Secunda Perſonà *Joan. 14.* eſt Filius, *qui eſt vita.* Non poteſt convenire vita cum morte, vita ſepulchrum fugit. Si ergo amas fieri habi- *Matth. 23.* taculum vitæ: vide nè ſimilis fias *ſepulchris dealbatis quæ aforis apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus*

mor-

mortuorum. Tertia Perſona eſt Spiritus Sanctus, qui in *ſpecie mundiſſimæ columbæ apparuit*, quæ omnes ſordes aver- *Matth. 3.*
ſatur. Quisquis ex corde tuo ſacrum efficere optas co-
lumbarium, accuratè cor tuum perſpice, ac vide, nè fias
ſicut *generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à* *Prov. 30.*
ſordibus ſuis, ideoque procul avolet puriſsimus ille ſpiritus,
quoniam in malevolam animam non introibit, nec habitabit in *Sap. 1.*
corpore ſubdito peccatis. Denique ſi totum Deum anhelas
habere cordis tui inquilinum, habe in illo charitatem:
nam *qui in charitate manet in* DEO *manet, &* DEUS *in eo.* Si *1. Joan. 4.*
ſanctiſsimæ Trinitatis Perſonas deſideras fieri cordis tui
incolas: *Chriſtum dilige & ſermonem ejus ſerva*, ille enim ta-
lem homini mandata ſervanti fecit promiſsionem: *venie-* *Joan. 24.*
mus ad eum, & manſionem apud eum faciemus. O! quàm
felices ſunt illi hoſpites, & æternùm ſoſpites, quos tan-
ti viſitant hoſpites.

In corde humano triplex eſt angulus, unde
Implere hunc mundi ſphæra rotunda nequit.
Tunc tantùm plenus triplex hic angulus exſtat,
Quando Deus præſens Trinus, & unus adeſt.



S. ROMEDIUS

Homo Dei. 4. Reg. 10.

Beatificavit illum in gloria. Eccli. 45.

Eccli. 31.

* *Anagrammata ex nomine Romedius.*

QUis *est hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Ille est Romedius factus à Deo *mirus* * Thaumaturgus. Hic est Romedius quem esse hominem, & virum DEI, Deus *mirô* * prodigiô ostendit. Postquam per multorum annorum curricula, jejunijs & asperrimis mortificationibus tenerum corpus exhausisset, in tantum fractis viribus fuit debilitatus, ut proprij pedes ei non suffecerint ad longiorem viam conficiendam. Et quid mirum pedes Romedij fuisse

Psal. 118. fatigatos, *qui viam mandatorum* Dei *currens* tam magnis passibus ad felicem properavit æternitatem? Inevitabili igitur necessitate coactus ad facilitandos itinerum suorum labores, usibus suis applicuit jumentum equo Jerosolymitano non absimile, quo dum vehebatur, Dominicam Palmarum repræsentare videbatur. Accidit autem ut hoc jumentum in pratis victum quærens, ad ungues & dentes ferocissimi ursi incideret, ac pascua quærendo, immanis belluæ pabulum efficeretur. Sed quid agis hirsute prædo? damnum quod sancto viro intulisti, lues in pelle, cùm non possis resarcire in ære : ROMEDIUS enim ex suo nomine accerbissimis tibi anagrammatibꝰ minatur. Meliùs

L



J: Steger del:

M: Rivola. Scul:

liùs profectò tecum actum fuiſſet, ſi in vaſtiſsimis ſylvis & antrorum latebris abſconditus, manſiſſes *urſe domi.* * Aſinum quidem * *vi mordes*, ſed durus hic bolus cauſabit malam * *diem urſo*, nam hunc * *eſum diro* ſolvet labore. His non fruſtraneis minis reſpondit miraculum. Divus enim ROMEDIUS de ferocitate & voracitate urſi factus certior, chariſsimo diſcipulo ſuo David in mandatis dedit, ut occiſi jumenti frænum cruentæ belluæ injiceret, & chamô conſtrictam adduceret, ac ſibi præſentaret. Non terruit ferocitas beſtiæ obedientiſsimum diſcipulum, qui mandata viri Dei exequens, crudeliſsimum urſum tanquam mite Arcadicum pecus adduxit, & inſolitis ſervitijs applicuit. Verificatum de illo fuit quod ait in proverbijs Salomon: *vir obediens loquitur victoriam.* Hactenus aſinus S. Romedium geſtavit, poſtmodum verò pro multa * *urſo idem* labor impoſitus fuit, nam ſanctum virum tanquam manſvetum animal portavit, quia * *id è morſu* aſini pro pœna reportavit. In tam admirabili eventu dubium relinquitur utrùm majore ſtupore digna ſit generoſa obedientia Diſcipuli, an verò tam ſubita cicuratio urſi? quidquid ſit, utraque pars ſua meretur præconia. Obedientiæ cæcæ ad ſcribendum eſt hoc miraculum, nam illi, qui in perfecta vivit obedientia, omnia obediunt entia, & qui Deum audit, hunc Deus exaudit. Sublimiora dicam: Joſue, quia obediens fuit Deo, viciſsim ſibi habuit obedientem Deum. Dicit enim ſacer textus: *Obediente Deo voci hominis.* Hanc excellentem prærogativam obedientiæ adſcribere non dubitat ſanctus Hieronymus inquiens: *Solus imperat Soli, & Lunæ, & ſtant. Homo jubet, & Deus audit, audit illum celum, quia ipſe audivit Dominum.* Nunc ad inſolitum urſi ſpectaculum convertamur, qui revera nunquam magìs urgeri potuit, niſi quando Divina potentia urſum urſit ad ſanctum virum ſibi inſidentem portandum. Pro hoc labore majore jure, quàm urſa major & minor inter ſidera eſt reponendus. Vel ſaltèm Divum

Cap. 21.

Joſue 10.

Romedium cælos penetrantem uſque ad polum ſequi debuiſſet, ibidem tertiam Urſi formaturus conſtellationem. O tempora! O Mores! Feroces urſi retentâ villosâ formâ aſſumunt naturam mitis aſini, & homines retentâ ſolâ humanâ ſpecie deploranda metamorphoſi fiunt crudeles urſi. Quàm mirabilis ſit Deus in ſanctis ſuis, compluribus alijs miraculis demonſtravit Thaumaturgus Romedius, qui cuticulam ſuam & ventrem minimè curans conſe-
1. Cor. 12. cutus eſt *gratiam curationum*, quia contumaces febres graviſsimósque morbos per ſuam curavit orationem. Experimentô propriô edoctus eſt, quanta ſit efficacia jejunij
S. Chryſoſt. in cap. 6. Matth. cum oratione conjuncti: Nam *ſicuti nec miles ſinè armis eſt aliquid, nec arma ſinè milite, ità nec oratio ſinè jejunio, neque jejunium ſinè oratione.* Horum *vis conjuncta eſt fortior.* His armis proſtravit Romedius antiquum hoſtem in deſerto, qui vicit Adamum in Paradiſo. Quod clariſsimè indicat
Homil. 10. in Matth. idem Aurifluus Doctor dicens: *Adam de Paradiſo intemperantia ventris ejecit.* His ſacris machinis Romedius ex obſeſsis corporibus peſsima exturbavit dæmonia, quæ non
Marc. 9. ejiciuntur *nisì in oratione & jejunio.* Non eſt veritus Romedius inire certamen cum *rugiente Leone, & quærente quem*
1. Petr. 5. *devoret*, nullam enim habuit cauſam timoris: nam ùt elegan-
Homil. 23. ter differit S. Cæſarius: *Nunquam timebis dæmonem qui eſt in carne aliena, ſi eum non habueris in anima tua. Quot vitia habuerit homo, tot dæmones habet.* Imò vitia ipſis dæmonibus ſunt pejora. Obſident diaboli corpus, ſed vitia animam. Unde cum eodem ſancto Patre meritò exclama-
Ibidem. ri poteſt: *O quàm multi dæmonem in corpore alieno formidant, & in ſuo corpore diſſimulant.* Ad alia nunc ſancti Romedij prodigia animum noſtrum convertamus, inter quæ non infimum eſt illud, quod in actis hujus ſanctiſsimi Comitis refertur. Cùm arctiſsima inter ſanctum Romedium, & Divum Vigilium Tridentinorum Epiſcopum intercederet amicitia, & pia familiaritas, ità ut Romedius in Vigilio vivere, & Vigilius Romedio animam ſuam viſus ſit cõmunicâſſe.

M.

Lubinski del:

M: Rivola sculp.

nicâſſe. Credebatur unus in duobus corporibus vivere ſpiritus, & una ſanctitas bina corpora occupâſſe. Sic eſt: *Similis ſimili gaudet*, & teſte ſacra pagina *omne animal diligit ſimile ſibi;* proinde non potuerunt non amare ſe invicem viri virtuoſiſsimi, quorum animos conjunxit maxima ſanctorum morum ſimilitudo. Similitudo morum, eſt mater amorum, & nexus animorum: Unde inquit Tullius: *eſt ea jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit.* Hanc ſimilitudinem virtus cauſavit, ſinè qua nulla eſt vera amicitia. Hinc idem Romanus orator ait: *Virtus amicitiam & gignit, & continet: nec ſinè virtute amicitia eſſe ullo pacto poteſt.* Huic ſanctæ amicitiæ convenit illud à Divo Hieronymo exaratum veræ amicitiæ elogium: *Vera amicitia illa eſt, & Chriſti glutine copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præſentia corporum tantùm, non ſubdola & palpans adulatio, ſed Dei timor & divinarum ſcripturarum conciliant ſtudia.* Hæc ſancta familiaritas Divum Romedium ex abſtruſiſsimis eremi receſsibus protraxit, & ad inviſendum ſanctum Vigilium Tridentũ permovit. Cui dum ad conteſtandam dilectionis ſuæ perſeverantiam pro pignore amoris aliquod Xenium offerre deſideraret, & in via conſtitutus de grato dono anxiè ſolicitus eſſet: beneficum cælum illi de inexpectato munere mirabiliter providit. Renovatum tunc fuit illud grande miraculum, de quo Regius pſaltes ità concinit: *pluit ſicut pulverem carnes, & ſicut arenam maris volatitia pennata.* Tanta enim repentè ante pedes ſancti Romedij quaſi mortua concidit avium multitudo, ut carneum nubifragium potuerit appellari. Sed manſvetiſsimus Romedius commiſeratione motus, aves, quas cælum morti addixiſſe videbatur, impertitâ benedictione clementer abſolvit, ac liberas abire juſsit. Certè tunc omnes maximô beneficiô mactavit, quando nec minimam illarum mactavit. Memores igitur tam grandis beneficij volucres, ſuam quodammodo gratitudinem oſtendere volentes in denſiſsimam nubem ſeſe conglobârunt,

Ariſtot. Eccli. 13.

1. Offic. c. 17.

de Amic. c. 6.

bárunt, & beatiſsimum virum uſque ad Tridentinam urbem comitantes, ſuis alis gratioſiſsimam umbram faciendo, eundem ab ardentiſsimis ſolis ſpiculis, clypei inſtar, protexerunt. Nec ſinè ratione proceſſerunt volatilia ratione carentia. Æquum quippe erat ut Patrono ſuo umbram facerent in vivis, qui illas vitæ reſtituendo abſolvit ab *umbra mortis*. O! mortales! non eſtis tales quales ſunt beſtiæ brutales. Multas vultis conſequi gratias, & nullas pro illis referre. Semper optatis ſtare in magna gratia, & ſimul immobiles perſeveratis in mente ingrata. Beneficia fructuosè conferũtur gratis, ſed vos ingrati omnia concupiſcitis gratìs: & poſtquam gratìs accepiſtis beneficium, illud à vobis non gratis, ſed ingratis per maleficium compenſatur. O homines non homines! ſed feroces *leopardos* (ut cum ſancto Ignatio Martyre loquar) *quibus cùm benefeceris pejores fiunt.* Sed ad ſanctum revertamur Romedium quem adventare Divus Vigilius in ſpiritu præcognoſcens, eidem cum diſcipulis ſuis obviam proceſsit. Nempe ſanctus amor magnes eſt, in diſtans operatur, & corda à ſe longis ſpatijs remota, ſympathicè trahit. Quis hic enarret (poſtquam ad mutuum devenerunt conſpectum) teneritudinem amoris, ſvavitatem amplexuum, & dulcedinem fraternorum oſculorum, quibus ſe mutuo recreârunt viri ſanctiſsimi? quis accuratâ ſatìs pennâ deſcribat, ſancta illorum colloquia, *dulciora ſuper mel & favum?* Poſtquam in his ſpiritualibus delicijs aliquot dies conſumpſiſſent, perſentiſcens vir Dei Romedius ex deſtitutione virium ſuarum ultimam vitæ ſuæ horã non longè abeſſe: Divo Vigilio ultimũ vale dixit in terris, illi olim in cælis lætiſsimum ſalve dicturus. Precatus fuit ſancto Pontifici bonam noctem; illi in beatiſsima æternitate bonam diem apprecaturus. Ut verò ſanctiſsimo Antiſtiti hora mortis ſuæ innoteſceret, tali eundem ſigno inſtruxit.

Job. 3.

Hieronym. de ſcript. Eccleſ.

Pſal. 18.

Ex Vita M. SS.

O amice DEI altiſſimi, cùm audieris ſonum tintinabuli tui per ſe ſonantis, illicò ſolutionis meæ horam intelliges, & tranſitum

meum

meum precibus tuis adjuvabis. Post hæc Romedius in desertum reversus mundum deseruit corpore, qui jam pridem extra mundum vixerat mente. Finivit ultimam diem transitorij sæculi, & auspicatus est primam felicis æternitatis. Clausit oculos corporis, quibus meras conspexit miserias, & aperuit oculum mentis, qui lumine gloriæ illustratus ea percepit, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit,* 1.Cor.2. *nec in cor hominis ascendit.* Ità conversatus est Romedius in vita, ut mente non invitâ discesserit ex hac vita, invitatus ad illam vitam, quæ evitat *mortem secundam.* *Quàm* Apocal. 2. *pretiosa sit in conspectu Domini mors sanctorum ejus* diversis Psal. 115. DEUS ostendit miraculis. Mox enim ut temporalis mors è corpore sancti Viri vitam pro pulsavit, tintinabulum sancti Vigilij ab invisibili manu (ùt prædixerat:) sponte sua pulsari cœpit, ac pulsu suo indicare, in venis sancti Romedij vitalem pulsum cessâsse. Imò quod majus est, Bavaricâ historiâ referente: *Nè mortuo præcones deessent, æra campana sponte-sonantia, ad sacras funeris exequias populos conciverunt.* Si parva hæc sunt, ad majora miracula transitum faciamus. Quanti valoris apud DEUM fuerit Romedius cælum ostendit, dum Angelicos misit Spiritus, qui vespillonum peragerent officium, & pro sancti Viri corpusculo pararent sepulchrum. Foderunt cælestes ministri fossam, ut in illa pretiosus thesaurus absconderetur, cujus valorem mortales ignorârunt. Aperuerunt terram, ut in illa tanquam granum frumenti sacræ exuviæ reponerentur, & dum *seminatur corpus animale, surgat corpus* 1.Cor.15. *spirituale, & quod modò seminatur in ignobilitate, surgat in gloria.* Duxerat Romedius vitam planè angelicam, & vix non versus est in spiritum. Poterat dici homo angelicus, vel Angelus humanus, unde si error in beatos Angelos cadere potuisset, facilè crediderim eos in hanc induci potuisse cogitationem Angelos esse mortales, & eandem cum Romedio optâsse sepulturam. Admiranda sanè hæc sunt, quæ propè mortem Viri sanctissimi contigerunt; sed

Adlzreiter part. 1. Lib 5. Num. 26.

quis enarret omnia miracula, quæ longè poſt mortem evenerunt? unicum ex innumeris referam, quod utì olim ſpectantium oculos ità hodie audientium aures in maximum rapit ſtuporem. Accidit, ut faber tectum Capellæ ſancti Romedij vetuſtate collapſum reſtauraturus, illius faſtigium conſcenderet, cui labori dum operam daret, incautum opificem pes fefellit, unde ex altiſsima rupe in horribile præcipitium decidens, illud ruinâ ſuâ emetiri cogebatur. Hoc unico caſu centum ruinis perijſſe viſus eſt, horruerunt ad hanc tragœdiam quotquot aderant, & triſte ſpectaculum defleverunt. Nihilominus quaſi ad inferos decidentem hominem Divo Romedio pijs ſuſpirijs commendârunt. Et ecce! dum in ſubjectam vallem deſcenderent, non tam membra quam fruſta hominis collecturi, faber, tantum miraculum ſtupentibus, ſalvus & incolumis obviam proceſsit. Suppleo nunc illius vices, & ſequentes verſus in votiva tabella tanquam anathema gratitudinis ad aram ſancti Romedij appendo, & ex nomine illius hoc anagramma elicio: *Ruo: Demis.*

Sancte Comes membris ingentia pondera *Demis*,
Præceps ex tecti culmine quando *Ruo*.
Levior efficior plumâ, quo levior exſto,
Prodigium tantum fit magis inde grave.

Poſt tot miracula quis dubitet cæleſtis Jeruſalem civem eſſe Romedium, quem ſanctum prædicabant lingvæ metallorũ, hominum, & Angelorũ? ſanctitatem illius pleno reſonabant ore, æra campana verè (ut ità dicam) motu proprio ſonantia, quæ ferreas habentia lingvas in hac ſolemni promulgatione uſa ſunt *ſtylo ferreo*. Sanctum eſſe proclamavit fama publica hominum: unde difficile eſt omnes falli; aut falſum eſſe quod omnes dicunt, multùm enim accedit lingva populi ad ſenſum DEI, ſi verum eſt illud proverbium: *vox populi, vox DEI.* Denique ſanctum eſſe conclamant ipſi Angeli, quorum lingvæ ſunt opera, quo-

Job. 19.

rum

rum facta ſunt verba, dum pro defuncto Romedio parantes ſepulchrum, tam pulchrum teſtimonium illius ſanctitati præſtiterunt. Quis jam ambigat, illum eſſe civem cæli, quem ſanctum *lingvæ Angelorum* confitentur? clauſit Divus Romedius mortalem vitam, ego pariter meam claudo ſcriptionem, & ultimam adjicio clauſulam: *Audivi vocem de cælo dicentem mihi; ſcribe: beati mortui qui in Domino moriuntur.* 1. Cor. 12. Apoc. 14.

Quid ſit vita hominis quæris? reſpondeo quòd ſit
Mors diuturna nimis, continuúmque mori.
Eſt autem bona mors, non mors ſed vita vocanda:
Qui ſanctè moritur, mortuus eſſe nequit.

DOMUS ÆTERNITATIS

Eccle. 12.

Gloria perennis Domus Thunianæ.

NOn foret Domus iſta verè glorioſa, ſi aliquando deſineret illius gloria. Vera gloria eſt perennis, per años metiri non poteſt, aut abſolvi. Vera gloria tranſitoria non eſt, ſed fixa, quod autem *fixum* eſt, ſemper durat, quod *fictum* eſt citò

præterit. Præclarè ad præsentem rem loquitur Tullius: *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur, ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum.* In illustrissima Domo de Thun, nihil est fictum, totum est factum, imò ipsum Thun, nihil aliud est nisi facere: ex hoc capite *Thun* semper manebit *in facto esse*, & nunquam deveniet *ad ultimum sui esse*. Præclara facta Comitum de Thun saxa & lapides, muri & parietes, petræ & marmora domus & palatia, sumptuosæ structuræ, & pomposæ fabricæ in mundo divulgant. Unica Urbs & Provincia Salisburgensis, maximam sui splendoris partem Thunianæ familiæ debet: nam à GUIDOBALDO, & JOANNE ERNESTO, è Comitibus de Thun Archi-Episcopis Salisburgensibus, tam splendidis ædificijs fuit aucta, & tam sumptuosis fabricis condecorata, ut contemplando hanc profusam Comitum de Thun magnificentiam quilibet fateri cogatur eos non frustra de Thun appellari: nam illorum immortale nomen ipsa loquuntur opera, ità ut ignorantibus, aut ex invidia eorundem gloriam dissimulantibus, rectè inculcari possit illa Salvatoris sententia; *ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Inter reliqua perennis gloriæ monumenta meritò numerandum est Salisburgi Palatium Archi-Episcopale, quod referente Bucelino in Topographia Germaniæ, amplum omnino est, & splendidum, omnisque generis ornatu instructissimum, juxta quod fons largissimus, torrentis aquarum abundantiâ æmulus, ingentis mole, sumptu, atque arte alvei marmorei amplitudine exceptus, magni Principis mirabile opus, maximis expensis, mirâ industriâ, æmulo Romani splendoris conatu, successúque, aquæductum per durissima saxorum penetralia ferro superata, longâ & difficili derivatione in urbem deductus. Pauculis hisce lineolis stupenda hæc fabrica, veluti Ilias nuci inclusa est. Ut tamen plenior tam magnificorum operum notitia habeatur; libuit fusiorem illorum descriptionem

Matth. 7.

nem ex hiſtoria Salisburgenſi Joſephi Metzger ſubjicere. Ornandæ Civitati intentus GUIDOBALDUS in medio areæ in quam ab aula proſpectus latè funditur, fontem excitavit è candido marmore, miri operis, & magnitudinis. In ima baſi marmoreæ crepidines ad quas duplici graduũ ordine aſcenſus patet, capaci ſinu aquam claudunt, quã Hippopotami quaterni prægrandi mole è continuo lapide exciſi hinc ore, indè naribus evomunt. De medio lacûs ſcopulus modicùm aſſurgit, cui tres immanis ſtaturæ Gigantes inſiſtunt, cruribus invicẽ artificiosè interjuncti. Hi preſsis humeris & elatis in altum brachijs ſuccollant peramplo labro, cui aqua à ſuperiori concha depluens infunditur, móxque marginibus ſuperfuſa in imum volvitur. Aquam marini piſces lambunt, quorum ſquamatis & arrectis in altum caudis concha paulò contractior incumbit, ſtriatis curvaturis repanda. Ex illa eminet maritimi maris monſtrum ab umbilico in piſcem deſinens, qui de patera utraque manu in ſublime levata undas per Siphones communicatas ad octo pedum altitudinem ejaculatur, mox amœno ſtridore in ſubjectas conchas & labra deciduas. Aqua fontana primò à vicino monte Unterſperg ſesqui horæ itinere adducta, nunc longè minoribus expenſis à claro fonte * per lariceos canales advehitur.

* Hellenbrunn.

Poſt hæc equeſtri palæſtræ, & hippodromo in ſuo equili, præciſis vicinæ rupis obſtaculis, ampliora ſpatia GUIDOBALDUS adjecit, & locũ ambulacrô quod marmorei cancelli ſepiunt exornavit. In hujus medio ſub cuprei equi generosè in ſaltum aſſurgentis ſimulacro legitur hæc ſcriptura marmori inciſa.

Hoc age de Trojano ovo ſangvis nobilior,
Et dignum equeſtri ſangvine te proba.
Ecce! etiam loco ſaxa cedunt.

Quicquid hìc calcas, quantus dorſo porrigitur mons fuit.
Superſtat memoriæ utriusque parietis vivum latus;
Perlucétque circum admiſſo lumine ſaxi rigor.
Exerce, & exere vires!
Nullo in ſtadio fortiùs potes.
Virtuti cedunt omnia.
Demum nè ipſam mòlis magnitudinem
Interpres vilior luxum putes,
Abſciſſam rupem per fruſta ingentia
In ædes publicas diſpenſavit
Anno Domini M. DC. LXII.

GUIDOBALDUS ARCHI-EPISCOPUS &PRINCEPS.

VIridario clarofontano ad honeſtimæ voluptatis illecebras nihil hactenus deerat, quàm cella vinaria, ex qua Bacchus hoſpites à jocoſa undarum aſpergine madidos, etiam grato meri liquore perfunderet. Hanc addidit GUIDOBALDUS excavato in cellam lapide. At longè illa præſtantior, quam ſecundo à Salisburgo Lapide prope Hallenſe Oppidum in Kaltnhauſen intrà arenoſi montis viſcera ædificavit, ità frigidam, ut à vino recèns propinato dentes ſtupeant, & gelidiſsimus vapor per montis foramina rimásque tranſpirans, accenſas etiam tædas extinguat. Ejus elogium juncta inſcriptio compendiô exhibet.

Salvum te hoſpes jubet
Loci, Genius & hoſpitalis DEUS.
Si cales aut friges pluſculùm
Hìc æſtates hyemant,
Ut uno calere, & frigere poſſis calice.
Denique hanc cellam cælum puta.
Nam nectar impluit totis cadis,
Et nemo ſolvit ſymbolam.

Tu

Tu ſalutem liba gratus authori,
Qui naturæ donum æſtimans
Arte juvit.
Atque ut loquerentur lapides
In hanc liquidiſsimæ echûs
Facundiam excavavit.

GUIDOBALDUS
Archi-Epiſcopus & Princeps Salisburgenſis ex Comitibus de Thun.

POſt tam magnifica perennis ſuæ gloriæ erecta monumenta, Anno M.DC.LXVIII. *Appoſitus eſt ad patres ſuos* 1. *Mach.* 2. PRINCEPS Eminentiſsimus, & delatus eſt ad ferale illud monumentum, *ubi conſtituta eſt domus omni viventi.* *Job.* 30. Lapis ſepulchralis cui inciſa eſt nervoſa inſcriptio, æmulatur nucem, cui incluſa fuit Ilias Homeri. Exemplar illius accipe.

GUIDOBALDUS COMES DE THUN.

SAcræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Epiſcopus Ratisbonenſis, juſti & placidi amans, poſt relicta ubique magni animi monumenta, Legatus ſummus Cæſaris, totô propè Sexenniô Sacri Romani Imperij & Chriſtianæ Reipublicæ ingentibus curis conſtanter immortuus, nunquam intermorituræ gloriæ famâ, hìc ſinè ambitu conquieſcit. Obijt die 1. Junij M. DC. LXVIII. Laterali monumento inciſa legitur hæc epigraphe.

GUIDOBALDUS COMES DE THUN.
Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Salisburgenſis Archi-Epiſcopus, Ratisbonenſis Epiſcopus
Hìc jacet.

PRinceps acri ingenio, par magnis negotijs, & per raras naturæ ac virtutis dotes, ingentis animi ad exte-

ros propagandæ famæ. Poſt erecta domi foríſque illuſtria monumenta, ſciſſo in partes ſacro Romano Imperio, & cæde, ſpoliô, buſtô, perſultante Turcâ hoſte, magnis Ratisbonæ Comitijs cum ſumma poteſtate Cæſaris Legatus, totô propè Sexenniô (tanto ſtetit,) dum conſtantiſsimè præſens, & præſes paciet concordiæ immoratur, immoritur; teſtatus ſe defunctum publicis curis. Neque potuit majore in theatro immortalis gloriæ fata, & vota implere. Ejusdem Succeſſor & Amicus

MAXIMILIANUS GANDOLPHUS
Comes de Küenburg Archi-Epiſcopus & Princeps Salisburgenſis S. Sedis Apoſtolicæ Legatus poſuit,
Anno M. DC. LXVIII.

Nec minùs inſignibus magnificentiæ Thunianæ ſtructuris nomen æternitati tranſcripſit Celſiſsimus Princeps JOANNES ERNESTUS, qui nunc thronum Archi-Epiſcopalē meritô ſuô obtinet: cujus in particulari ſumptuoſas fabricas, & glorioſa acta rudi penicillo delineare, vel ſaltèm adumbrare tentâſſem, ſi gratioſus auræ & aulæ Salisburgenſis Zephyrus, mihi illorum præſtantiam amicâ relatione inſpirâſſet: nunc autem infelicis mei calami conatum adverſæ fortunæ turbo difflavit. Hâc unicâ me ſolor Lucani ſententiâ: *in magnis voluiſſe ſat eſt.* Illius præclara geſta, tam magna eſſe mihi facilè perſvadeo, ut illis plenè deſcribendis, non tantùm meus, ſed neque Salisburgenſium ſcriptorum calamus olim ſufficiens ſit futurus.

Præclarum etiam familia de Thun in Civitate Paſſavienſi erexit gloriæ ſuæ monumentum in qua WENCESLAUS Comes de Thun, & Epiſcopus Paſſavienſis, poſt funeſtum Urbis incendium, quaſi poſt diem cinerum gaudioſam Paſſavienſi Clero cauſavit Reſurrectionem, dum præter Sacram Eccleſiæ fabricam, è cineribus ſuis reſurgere fecit Reſidentiam Epiſcopalem. Digniſsimus proinde

inde eſt hic Celſiſsimus Princeps, ut illius perennes laudes in Epiſcopatu Paſſavienſi decantentur cum triplici Alleluja.

Horum magnorum Antiſtitum in condendis magnificis ædificijs, ſpiritum principalem æmulati pariter ſunt, reliqui Fratres Illuſtriſsimi, qui nomen de Thun ſplendidiſsimis fabricis illuſtrârunt. Et quidem MICHAEL OSWALDUS de Thun amœniſsimum hortum, jucundiſsimis ædificijs & artificioſis fontibus condecoratum, in Clöſterle exſtruxit. Nec non Zeuzitij venuſtam ædificavit arcem, cui ſpatioſiſsimam & prægrandis longitudinis porticum virentibus arbuſtis gratiosè inumbratam adjecit, cui ſimilis in adjacentibus Regno Boëmiæ provincijs non reperitur. Idem Excellentiſsimus Comes in Pragenſi Urbe tam pompoſam exſtruxit domum, ut licèt non mole, elegantiâ tamen externâ, & rarô artificioſarum ſtaturarum apparatu, omnia Triurbis palatia facilè ſuperet. Hujus tam ſpectabilis fabricæ, ex vera & genuina ultima voluntate Excellentiſsimi Comitis MICHAELIS hæres factus, Illuſtriſsimus ac Excellentiſsimus Dominus ROMEDIUS Comes de Thun, internam cubiculorum ac diverſarum manſionum ſeriem etiam nunc induſtriâ ſuà tam utiliter coordinat, & tam appoſitè combinat, ut perſonis herilibus, nec non inſervienti familiæ ſummam in illa habitandi comoditatem procuret.

Similiter Illuſtriſsimus ac Excellentiſsimus Dominus Comes MAXIMILIANUS de Thun nomen ſuum longævæ poſteritati tranſcribit, tam inſignia opera condendo, ut inter præcipuas Regni Boëmiæ raritates numerari mereantur. Inter alias præclaras ſtructuras animos ſpectantium non modicè in admirationē rapit in Arce Tetznenſi hortus in prærupta petra amœniſsimis viridarijs conſitus, nec non artificioſis fontibus irriguus, ac quodam modo in aëre ſuperbiens, ſitúque ſuo hortos Semiramidis

adumbrans. Majorem tamen intuentium ſtuporem extorquet via verè dicenda regia, quæ ex ſubjecta civitate ad arcem viatores ducit. Fuit olim ad illam aditus propter aſperrimas cautes, eminentes petras, anfractuoſos calles ac ſcabroſa ſaxa oppido difficilis. Hunc idem Excellentiſsimus Comes tam amplô ſpatiô ad miraculum uſque complanavit, & præcipitem montem ad tam lenem declivitatem deduxit, ut in illo complures rhedæ ſimul procedere, ac ſibi invicem obviantes currus ſinè impedimento, aut remora cœptum iter proſequi poſſint. Quisquis hanc raram viam conſpicit, illam non tantùm opus egregium, ſed penè regium appellat.

Præterea ab eodem Excellentiſsimo Comite in ipſa Tetznenſi arce magnificentiſsimum equile exſtructum eſt, verè dignum, ut in illo ſtabulentur Regij ſonipedes, & gradarij, nec non Apollinis Pegaſus, cum Bucephalo Magni Alexandri. Quid dicam de Pragenſi fabrica quam idem Excellentiſsimus Comes felicibus auſpicijs erexit, in qua præcipuè intuentium oculos rapit ampliſsimum tricliniũ artificioſô penicillô tam magnificè exornatum, ut à ſpectatoribus ſuis plauſum referat, & inter famoſiora Triurbis Pragenſis domicilia numeretur. Plura qui de hoc Excellentiſsimo Domino Comite MAXIMILIANO nôſſe deſiderat, conſulat Boëmiam P. Bohuslai Balbini.

In Auſtria pariter Germaniæ Paradiſo florebit glorioſa Thuniani nominis memoria, nam in illa prope Viennam Auſtriacorum Cæſarum ordinariam ſedem, Illuſtriſsimus ac Excellentiſsimus Dominus FRANCISCUS Comes de Thun raræ elegantiæ ſuburbanam habitationem, hortúmque venuſtiſsimis fontibus, amœnis viridarijs, ac jucundiſſimis inventionibus plenum (quem etiam hac de cauſa Auguſtæ & Sereniſsimæ Perſonæ viſitatione ſua ſæpiùs honorare dignatæ ſunt) magnis ſumptibus exſtruxit, & hunc hortenſis voluptatis locum Thunsweth appellavit.

Nec

Nec poſtremus inter Illuſtriſsimos fratres reputandus eſt Excellentiſsimus Comes ROMEDIUS de Thun ſingulariſsimus artis Archi-tectonicæ amator, ad cujus notitiam in excellenti gradu acquirendam inſigne à natura adeptus eſt talentum, unde illius genius in formandis elegantiſsimarum fabricarum Idæis, mirè delectatur, & in eruendis novis inventionibus acies illius ingenij plurimùm elucet. Ædificavit ille præter ſplendidiſsimam totius Regni Boëmiæ Capellam potiorem Arcis Choltitzenſis partem ordinatiſsimâ cubiculorum diſpoſitione conſpicuam, quæ ità legibus Archi-tecturæ congruit, ut longâ ſpeculatione Momus opus habeat, quærendo in illa aliquid, quod rectè reprehendat.

Huic fabricæ poſtquam ultima manus adhibita fuerit, merebitur præcipuis regni Boëmiæ arcibus annumerari. Nec minorem relinquit ſeræ poſteritati nominis ſui memoriam idem Excellentiſsimus Dominus Comes, dum delitiarum hortenſium ſe quoque oſtẽdit eſſe amatorem. Plantatum enim à majoribus ſuis pro genio illius ſæculi, & iniquâ ſituatione loci hortum irregulariſsimum, ad concinnum redegit ordinem, & tam diverſis ſtructurarum & ſtatuarum elegantijs exornavit, ut longè amplius induſtriam ſuam & inventioſum ingenium demonſtraverit, tam rude opus reformando, quàm ſi noviſsimi horti egiſſet conditorem. Et quia fontes vivaci ſaltu in altum proſilientes hortenſibus ſtructuris vitam quodammodo inſpirant, ac totum floridæ rei corpus animant: in priore parte horti ſpectantium oculis ſe offert grandior ciſterna, ſex topiarijs cincta, quæ limpidiſsimum fontem ad conſpicuam altitudinem ejaculata, à redundante aquarum abundantia in vicinam trutarum piſcinam ſe exonerat, aquis in utilitatem piſcium cedentibus. Centrum horti occupat in edito colliculo non à natura ſed arte congeſto, amœniſsimum ſolarium, ventulo recentíque auræ ex omni

mni parte pervium, illius faſtigium octo Delphini ambiunt, hydraulico artificio per ſedecim Syphones aquas in altum projicientes, huic hydro-technico operi in ſubjecta horti planitie correſpondent alij quatuor artificioſi fontes aquis in altum exilientibus colludentes. Tandem poſtremi horti partem claudit amplum pomarium, gratiſſimis fructibus opulentum. Præ omnibus tamen curioſorum ſpectatorum oculos ſummè delectat, brumale rerum hortenſium repoſitorium, exterius eâ formâ conſtructum, ut nobilis Heri domicilium eſſe videatur.

Internam hujus ſtructuræ diſpoſitionem quisquis hyberno tempore conſpicit, templum Floræ, vel Pomonæ palatium ſe intueri arbitratur. Fornix enim Poëtarum fabulis vivaci penicillo venuſtè expreſsis condecoratus eſt. Latera parietum ambiunt gratioſæ, pergulæ cancellis elegantiſsimis inſtructæ quibus inſiſtunt urcei ex cupro elaborati & recipiendis pretioſioribus arbuſculis accommodati. Inter hos alternatim collocatæ ſpectãtur pyramides virentibus folijs tota hyeme vernantes. Pavimenta pergularum contegunt olera, lactucæ, & aliæ hortenſes plantæ, victûs gratiâ aſſervari ſolitæ. Sub pergulis ex utraque parte cernitur amœna porticus compluribus arcubus conſpicua, quorum interjecta ſpatia in ornatiſsimis receptaculis plantatæ rariores arbores occupant, non modicè viſum recreantes. Tandem hujus ſumptuoſi repoſitorij meditullium implet magna grandiorum fructiferarum arborum copia, quas ſolum Italicum hiſce provincijs ſubminiſtrat, ità ut amœniſsimi nemoris ſpeciem oculis repræſentet. Porrò pro conſervandis ab omni injuria aëris, brumali tempore delicatioribus arboribus, fornax ſubterranea eô artificiô conſtructa eſt, ut pro qualitate ſævitis frigoris, per occultos cuniculos, quaſi per canales deductus calor, ad arbitrium hortulani intẽdi ac remitti poſſit. Denique in hoc extraordinario opere pulcher-

cherrimô connubiô voluptas conjuncta eſt utilitati, ità ut non iñeritò hanc ſpectãtibus exhibeat inſcriptionem.

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci,
Utile cum dulci miſcuit iſte locus.
Utilis eſt locus hic, ſalvans à frigore plantas,
Hìc contra frigus Guardia ſalva datur.
Eſt dulcis locus hic, gelido regnante Decembri
Hìc frondes inter Majus amœnus adeſt.
Structuræ Dominus *ſi punctum non tulit omne;*
Saltèm præ reliquis hæc *duo puncta* tulit,

Complures raras fabricas idem Excellentiſsimus Dominus Comes in mente ſua machinatur, cui ut Divina bonitas diuturnam ſanitatem, ac longævam vitam elargiatur animitus expto, ut Choltitzium tanquam Domum nativitatis ſuæ, in qua primam aſpexit lucem ſplendidiſsimis ædificijs reddat illuſtrem, & in loco in quo tranſitoriam accepit vitam, ſtabilem ac perennem nominis ſui memoriam relinquat.

Ex his omnibus facilè deduci poteſt; perennaturam Comitum de Thun glorioſam memoriam, petris, ſaxis ac marmoribus tam profundè inciſam. Laudes quidem verboſæ evaneſcunt, etiam dum actualiter ex lingva profluunt: nam nihil aliud ſunt quàm aër, & ſonus in aëre: in lapide tamen creduntur reddi immortales, imprimuntur enim marmori & quodammodo marmor fiunt, animant lapidem, & faciunt eloquentem, facit illas lapis ſolidas, & penè æternas. Quia verò

Tabida conſumit ferrum lapidésque ſenectus. *Ovid. de Pont.*

&

Mors etiam ſaxis marmoribusque venit. *Auſonius.*

Rectè inquit Petrarcha: *Crede mihi alijs quàm lapideis fundamentis eget gloria, ut manſura ſit. Omnia quæ manu hominum facta ſunt, vel manu hominum evertuntur, vel durando deficiunt.*

unt. Habet enim manus prævalidas longa dies, ex cunctis nostris operibus nullum senio resistit, ruentibus ergo his, super quibus gloria tua fundata est, ipsam quoque corruere est necesse.

Proinde Comites de Thun non in solis saxis & lapidibus perennem nominis sui gloriam stabiliverunt, sed etiam in virtutis immortalitate bene fundârunt Illustrissimæ suæ domûs æternitatem. Verum quidem est, omnia quæ manibus hominum fiunt, ab illis rursum everti posse, sed teste Valerio Maximo: *Nihil est (excepta virtute) quod mortali manu, vel animo immortali quæri possit.* Hæc Comites de Thun manibus hominum eripiet, nec sinet ullam manum contra illos prævalere. Multa de constantissima mundi inconstantia dixerunt viri constantissimi, inter quos graviter effatur Symmachus. *Nihil hominibus æternum. Volvunt mortalia vices crebræ, & omnium rerum fugâ vivitur.* Ad stipulatur Seneca: *omnia humana brevia & caduca sunt.* Suffragatur Pelusiota: *Mundus est perpetua ruinarum ruina.* Nihilominus verissimè effatus est Princeps Philosophorum Aristoteles, dum ait: *nulla in re mortalium tanta inest firmitas, tanta constantia, ùt in ijs rebus quæ virtute geruntur.* Plurima sanè à Comitibus de Thun per virtutem gesta sunt. Unde licèt Mundus rotundus ruinis suis involvatur: Domus tamen Thuniana stabit inconcussa, quia fundata est supra firmos lapides à virtute ad amussim quadratos. Tales enim viros protulit, de quibus loquitur Simonides Poëta inquiens: *bonum virum esse verè difficile, manibusque & pedibus & mente quadratum.* Stabit immobilis hæc domus Illustrissima in quadro posita, nam venerando suo testimonio id comprobat Beda venerabilis dicens: *Quadratum omne quocunque vertitur fixum stare consuevit.* Porrò capitales perennitatis hostes sunt oblivio & vetustas. Oblivio est filia vetustatis, & vetustas mater oblivionis. Ambæ perpetuæ rerum memoriæ nocent, quia ut præclarè loquitur Evripides: *Tempus obscurat omnia & oblivione involvol-*

Lib. 3. c. 2.

Lib. 3. Epist. 27.

de Consol. ad Mart.

Lib. 1. de Temp. Sal. c. 4.

apud Stob.

volvit. Vetuſtatis autem malignitatem ità deplorat Ovidius:

Tempus edax rerum, túque invidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis. *Lib. 15. Metam.*

Utrumque tamen hoſtem Domus Thuniana eliſit, & eluſit. Illuſit oblivioni, quando præclara Thuniadum facta ſanior pars mundi accepit ad notam, & illorum notabili virtuti appoſuit maximum NB. quia aſſeverante Tullio: *pro Milone.* *ex omnibus præmijs virtutis amplißimum præmium eſt gloria, quæ vitæ brevitatem, poſteritatis memoriâ conſolatur, quæ efficit, ut mortui vivamus, cujus gradibus etiam homines in calum videntur aſcendere.* Semper vivet Comitum de Thun memoria, *non enim* (inquit idem Romanus Orator) *vita hæc dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur, illa inquam, illa vita eſt, quæ viget memoriâ ſæculorum omnium, quam poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper intuetur.* *pro Marco* Eliſit Illuſtriſsima hæc domus omnem vetuſtatis corruptionem, dum illi poſuit virtutem ſuam ſemper incorruptam: nam ex mente Iſidori: *Non ænea ſtatua auro rutilans, non Olympica corona, non robur &c. non aliud quidquam eorum, quæ magna eſſe videntur, magnum eſt, & expetendum, tempori enim cedit, & extinguitur, ſola autem virtus præclaram & nunquam interituram gloriam obtinet, & quæ nec vetuſtati cedat.* *Iſidor. l. 2. Epiſt. 286.* Communis ab orbe condito querela fuit, inter mortales nihil eſſe immortale.

Huic querimoniæ facilem aſſenſum præſtabo ſi virtus excipiatur. De illa enim ex mente Senecæ ità loquitur Lactantius: *Seneca quoque nullum eſſe aliud virtutis præmium quàm immortalitatem fatetur. Una, inquit, res eſt virtus, quæ nos immortalitate donare poſſit, & pares Dijs facere.* *Divin. Inſtit. c. 1.* Si ergo præmium virtutis eſt immortalitas, & homines pares efficit Dijs: quis dubitet Illuſtriſsimam Domum de Thun immortalem eſſe, cùm in illa virtus ſedem ſuam fixerit, & tot nu-

meret Deos quot Comites virtuosos, ac proinde rectè dici posit domicilium Deorum.

His ego nec metas rerum nec tempora pono

Est immortalis Virtus in stemmate de Thun,
Hinc æterna manet nobilis ista domus.
Si perfecta mori posset post sæcula virtus,
Par Mausoleo tunc foret ista Domus.

DIGRESSIO X.

An rectè scribi possit ad mortuos?

MOrs sancti Romedij quem à terris absentem per literas alloqui desidero, me quæstionem movere facit, an rectè scribi possit ad mortuos? Si enim mortui vivorum Larvæ sunt: larvata videtur celebrare Bacchanalia qui cum Larvis, tanquam cum veris hominibus conversatur. Mortui auditu carent: unde inter sapientes malè audit, qui *surdo canit fabulam*. Mortui sunt visu orbati: adeoque videtur obfuscatum habere rationis oculum, qui cæco literas legendas offert. Mortui carent cerebro: proinde ille judicandus est habere pultes pro cerebro, qui credit literas intelligere spectra cere-

cerebro carentia. Nisì fortaſsis ſibi quispiam perſvadeat, cùm mortui umbræ ſint (nam *homo fugit velut umbra*) Job. 14. & nigræ literæ ſimiliter cogitationum ſint umbræ noſtrarum, quibus conceptus noſtros adumbramus, has etiam literales umbras ab Umbris poſſe intelligi. Sed quis tabellarius epiſtolas ad Manes deferet? & quâ viâ? Non difficilis quidem illa via eſt, de qua canit Virgilius: *facilis deſcenſus Averni*, eſt via trita, quia via Regia, nam & Reges vadunt per illam. Si de Tabellario agitur, olim quidem operarami aurei Æneas ad campos Elyſios penetravit, & beneficiô ſuæ lyræ deſcendit impunè ad Tartara Orpheus: nunc verò auri ſacra fames devoravit aureos ramos, & in lyra Orphei delirans mundus, omnes rectæ concordantiæ chordas rupit. Si tamen per poſtam equeſtri celeritate ad mortuos literas transmittere placuerit, fortaſsis hoc munus exequi poterit oſſeus ille vir, & celerrimus veredarius, quem conſpexit Apocalyptica Aquila, ita ſcribens: *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors.* Jam non mirum eſt, quod mors homines ſe fugiẽtes tam celeriter aſſequatur, cùm in equo quaſi in poſta pergat. Ut ut ſit, videtur critici genij hominibus, plenè eſſe Maniacus ille, qui cum Manibus per literas correſpondentiam quærit. Nihilominus non defuerunt viri ſapientiſsimi, & oratores facundiſsimi, qui dum mortuos fuerunt allocuti, & ad eosdem perorârunt, tanquam ad viventes auditores, ac ſaxa & lapides in teſtimonium vocârunt, aliásque res ſenſu carentes in dictione ſua citârunt, ſanô tamen ſenſu non caruerunt.

Ad mortuos ſcripſerunt Reges, & mortuis literas conſignârunr Imperatores, ad mortuos epiſtolas miſerunt Pontifices. Ex Regibus Henricus VIII. Angliæ Rex, Beatum Thomam Cantuariẽſem Archi-Epiſcopum, & totius Angliæ Primatem, ultra quadraginta annos jam occiſum, per publicum edictum ſigillô Regiô firmatum citavit, *Polling. in hiſtor. Anglor. & Bernard: de Britto in hiſtoria Ciſter.*

quô ſanctiſsimus Martyr ante tribunal Regis tanquam perduellionis reus adeſſe jubebatur, præfixúmque eſt ipſum in Beati Viri tumulo, in quo illius Sanctæ Reliquiæ condebantur. Si hoc dixeris eſſe infame, & impudentiſsimum inauditæ temeritatis, & impietatis exemplum; ac proinde Henricum Octavum, fuiſſe octavũ ſapientem: alias proferam literas ſcriptas ad mortuum, quas ipſa dictavit pietas & devotio ſcripſit, quæ tantò plus habebũt ponderis, quantò plus habent authoritatis.

Deſiderabat Theodoſius Imperator Sancti Chryſoſtomi corpus ab exilio (in quo vitã clauſit) ad Conſtantinopolitanam Urbem revocare: ſed illi qui ad reportandum miſsi ſunt, illud locô ſuô minimè movere valuerunt. Indoluit Cæſar ſe non poſſe Conſtantinopoli Sanctum habere mortuum, quem olim Urbs illa non voluit tolerare vivum. Ingemuit ſe non poſſe ad Urbem ab exilio revocare mortuum, quem illa toties in exilium egit vivum. 1. *Tim. 4.* Sed quia *pietas ad omnia utilis eſt*, illa ſaluberrimum pientiſsimo Cæſari conſilium ſuggeſsit. Depoſuit ille ex manibus ſceptrum Imperatorium, & arripuit humili ſpiritu calamum, ac epiſtolam ad Sanctum Virum jam triginta quinque annis mortuum, devotiſsimis officijs plenam exaravit, cum multis precibus obſecrans, ut corpus ſuum ad Urbem reduci patiatur. Tam humilibus precibus Sanctus annuit, & transferendi ſui corporis poteſtatem fecit. Quis nunc tam illoti oris erit homo, qui contra hanc audeat loqui Epiſtolam, quam aureum os aſſenſu ſuo approbavit? Certè edicto Cæſareo proſcribendus foret ille, qui contra hoc ſcriptum Cæſaris pennam temerariã movere vellet. Si profana exempla hæc ſunt: ſacra adjungamus, ut Petri claves aſſiſtant Imperatoris gladio, & gladius Imperatoris defendat claves Petri. Pervolvamus Decretales Pontificum epiſtolas, & inter illas inveniemus Teſte Hieronymo unam, quam Clemens ſucceſſor Petri,

juſſu

jussu illius scripsit ad Jacobum fratrem Domini, qui jam octo annis in Domino requievit. Et quis de scribendis ad mortuos epistolis audeat nodum in scirpo quærere, aut nodos Gordios intricare? cùm clavis Petri quæ ligata in cælis solvit, etiam hunc difficultatis nodum suô factô resolvat in terris, ità ut opùs non sit gladiô Magni Alexandri. Devotissimi igitur Cæsaris imitaturus devotionem, literas perscribere statui Sancto ROMEDIO, Patrono meo in cælis, cujus indignum Capellanum egi in terris; & dum scribo me totum illi transcribo, unicè desiderans, uti ille desiderijs meis respondeat, & votis subscribat.

TITULUS EXTERIOR,

Divo Romedio Illustrissimo Comiti de Thaur, Domino in Andeck & Alta Guardia, vallis Annaniæ Apostolo, Anachoretæ sanctissimo, magno Thaumaturgo, Patrono meo Colendissimo

In nova civitate

Jerusalem deponantur.

TITULUS INTERIOR

Dive inter Comites Sanctissime, inter Sanctos Illustrissime Comes.

Omitas Tua nec non benevolentiæ, & benignitatis comitatus, plumbeum meum calamũ tam expeditum fecerunt, ut ad cælos usq; præsum-

pſierit evolare. Volat ille non ſuis, ſed plumis alienis, nam lator harum, Angelus meus Cuſtos eſt. Non potui honoratiorem perſonam mittere, niſi *magni Ananiæ filium*. Non valui celeriorem nuncium expedire, niſi ſpiritum volatilem pernicibus alis inſtructum. Nequivi fideliorem ſacretorum meorum bajulum ablegare, niſi illum, cui totum me concredidi, & cujus fideli tutelæ ipſe DEUS me commiſit. Spero omnia ab illo fideliter expedienda, qui in rebellione Luciferi fidelis Deo permanſit. Peritiorem itineris tabellarium non potui ad Te deſtinare, nam timendum amplius non habet, nè erret in via, cùm ſemper ſit in Patria. Ignoſce Comes Sanctiſsime quod ſcribam tam malâ manu, mala enim ſunt illius opera, ſed & illa emendabitur, poſtquam repoſita fuerit ad manus Tuas, tunc enim erit verè in *bona manu*. Scri-

Tob. 5.

Iſai. 8.

pſi *ſtylo hominis*, ſed humanum eſt errare: properanter ſcripſi, & properare eſt propè errare. Veniam à Te ſpero erroribus meis, quia Comes es, totus comis & humanus, quamvis in humanis eſſe ceſſaveris, ego verò in humanis degens, totus ſum inhumanus, totus craſſus & indolatus, *propter corpus quod aggravat animam*. Tu verò totus es politus, quia repoſitus inter *lapides politos Jeruſalem cæleſtis*. Tuam obtusô calamô præſumpſi ſcribere vitam, qui *nomen habeo quod vivam & mortuus ſum*. Adjuva me, ut inveniam vitam in illo qui dixit: *ego ſum via, veritas, & vita*. Unicam *Domino Dominantium* pro me ſcribe recommendationem, ut inſcribar *libro vitæ*, nè offenſus DEUS *contra me ſcribat amaritudines*, méque cælo proſcribat. Declaravi Illuſtriſsimam proſapiæ tuæ nobilitatem: per Te quoque nobilitari deſidero, adjuva me ut *Rex Regum* mihi conferat gratiæ ſuæ diploma, & me efficiat non *Equitem aurei* Velleris, ſed Equitem de gratia, *ſuaviter enim equitat, quem gratia DEI portat*. Demonſtravi Te fuiſſe bonum militem CHRISTI, tu quoque me conſcribe ad Tuam militiam, ego ſemper tanquam meo Duci mandatis Tuis ob-

Sap. 9.

Apoc. 3.

Joan. 14.

Apocal. 13

Job. 13.

Kempenſis

obſequar, & Te jubente libenter ſedebo in aſino, imò Te mandante non aureus Apuleij, ſed ligneus aſinus effici paratus ſum, nam *mites aſinos plus amat Chriſtus, quàm feroces & ſuperbos equos.* Extuli Tuam erga pauperes liberalitatem. Ego pariter mendicus ſum, Tu autem inter Divinas lautitias es verè dives Epulo, & ex numero illorum convivarum, de quibus canit Pſaltes Regius: *Inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ego verò inter humanas miſerias degens, *ſum pauper Lazarus, cupiens ſaturari de micis ex menſa tua cadentibus.* Suſcipe me pro catello tuo & fave mihi unicam ſaltèm miculam, nam & *catelli edunt de micis quæ cadunt ex menſa Dominorum ſuorum.* Dilaudavi Te tanquam glorioſum contemptorem mundi. O Dive Romedi! benedic actionibus meis, nè efficiar *ſterilis ficulnea* in qua Chriſtus nullum fructum invenit, ſed potiùs fiam fructifera ficus, ut tecum pariter poſsim mundo *ficum oſtendere.* Deprædicavi Tuam in prædicando verbo DEI efficacem facundiam. O Sancte Prædicator! prædica quoque cordi meo, ut verè fiam Aulicus Familiæ de Thun, id eſt factor, & non tantùm auditor, juxta illud Apoſtoli monitum: *eſtote factores verbi, & non auditores tantùm.* De Te bene dixi, quod fueris Vir à DEO, & Vicario CHRISTI benedictus. Unde humillime obſecro, ut mihi quoque cum Iſaac *anima tua benedicat.* Agnoſco quidem quod per prava mea opera factus ſim *piloſus Eſau*, liceat tamen mihi hirſutum cor meum ad pedes tuos deponere, & villoſi Tui urſi locum occupare. Oſtendi Te fuiſſe ſanctiſsimum incolam deſerti.

Cornel. à Lap. in Matth. cap. 21.

Pſal. 35.

Luc. 16.

Matth. 21.

Ibidem.

Jacob. 1.

Geneſ. 27.

O Beatiſsime Eremita! ad deſertum Tuum confugio nequaquam à ſpe mea deſertus, id unicè ſupplicans, nè in illa ultima hora, in qua à toto mundo deſertus fuero, Tu me deſeras, ſed potius Te benigniſsimum eſſe Comitem oſtendas. Præſta mihi comitivam Comes Beatiſsime nè in hâc periculoſa via toto cælo aberrem à ſanctorum Patria. Denique probavi Te magnum fuiſſe in patrandis mira-

miraculis Thaumaturgum. Igitur hoc unicum à Te peto miraculum: reſpice me maximum peccatorem, meque ad DEUM efficaciter converte, ac ſpiritualiter mortuum reſuſcita, hoc enim præſtando maximum patrabis miraculum: nam juxta mentem S. Gregorij *majus eſt miraculum peccatorem convertere, quàm carne mortuum reſuſcitare.* Devotô Tibi ſtylô beatiſsimam Tuam mortem ſcripſi, proinde hoc ardentiſsimis votis exopto, ut quando fracta penna mortis ſubibit pœnam, & calamitoſus calamus ferali urnæ alliſus ultimam vitalem guttam exſtillabit, ac poſtrema ſcriptio illo pulvere conſpergetur, de quo Eccleſia dicit: *memento homo quia pulvis es & in pulverem reverteris*, tunc inquam ferventiſsimè oro, ut vitæ meæ parentheſis bono fine claudatur. Annos octo in Capellæ Tuæ ſacro ſervitio conſumpſi, pro quolibet anno unam mihi impetra beatitudinem, & tunc verè fiam beatus ùt octo. Finaliter omnia libelli mei (quem in honoris Tui augmentum conſcripſi) Tibi Patrono meo ſingulariſsimo dedico folia. Fateor me eſſe *quaſi folium quod vento rapitur.* Igitur me protege auxiliator Beatiſsime, ut non *circumferar omni vento doctrinæ*, nè fortè me computando inter illos, qui *dicunt ſe eſſe ſapientes, ſtultus eſſe* deprehendar in magno folio. Tibi conſecro ſingulas paginarum lineas, ut meam manum ducas, ad rectè ſcribendam illam, quæ eſt *ultima linea rerum*; Tibi offero univerſas linearum literas, ut Te magiſtro diſcam binas illas divinas literas: *Alpha & Omega.* Denique omnes Tibi præſento literarum apices, uſque ad ultimum vitæ meæ punctum. Vale. Ità humillimis precibus ſupplicat

Lib. 3. Dial. c. 17.

Job. 13.

Epheſ. 4.


Rom. 1.

Apoc. 1.


Illuſtriſſimæ ſanctitatis Tuæ

Devotiſſimus Cliens
&
Indignus Capellanus

P. Amandus Friedenfels, Ordinis Præmonſtrat: Canon: Regular: Strahovienſ:



Sacelli facies



Septentrionalis.

part: I pag 2.





foldout/map not digitized

ECTYPON
Sumptuoſæ ac Magnificæ Capellæ
S. ROMEDII,

Quam

Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus
Dominus, Dominus

ROMEDIUS CONSTAN-TINUS,

Sacri Romani Imperij Comes
de Thun &c.


In Arce Sua Choltitzenſi extruxit.

VETERO-PRAGÆ,
Typis Archi-Epiſcopalibus, in Collegio S. NORBERTI,
per Georgium Samuelem Beringer, 1699.



INter raras Boëmiæ prærogativas minimum non eſt, Inclytum hoc Regnum tam copioſis Sanctorum Lipſanis abundare, ut jure merito appellari poſſit Sacrarum Reliquiarum Gazophylacium. Tam pretioſo theſauro etiam dives eſt Arx Choltitzenſis, in cujus magnifica Capella Brachium S. ROMEDII religiosè aſſervatur. Hujus tam Sumptuoſæ Fabricæ Fundator eſt Illuſtriſsimus ac Excellentiſsimus Dominus Comes ROMEDIUS CONSTANTINUS de THUN, cui DEUS & natura ſpeciale indidit artis Architectonicæ talentum. Manifeſtavit illud Comes ingenioſiſsimus in hujus Sacræ Ædis Idæa efformãda, nec non ſtructuræ fabrica cum mira elegantia conſtruenda, oſtenditque, quòd ſit ROMEDIUS exſtruens anagrammaticè *Muros DEI.* Forma hujus ſplendidiſsimi Sacelli, eſt quaſi figuræ ovalis, in octoëdrum longiuſculum transformatæ. Interni parietes ſunt gypſo incruſtati, varia ornamenta, & diverſarum rerum effigies repræſentante, quibus intermixtæ ſpectantur elegantiſsimæ picturæ, peritorum artificum manu abſolutæ, ità ut dubium remaneat, utrùm artificioſi cæmentarij trulla, an verò pictoris penicillus prævaleat. Supremus hujus ſumptuoſæ fabricæ apex aſſimilatur turriculæ, quæ pro augenda interna Sacelli luce perſpicuis feneſtris eſt inſtructa. In illius laqueari ſupremum locum obtinet Imago *SSS. Trinitatis*, ab illa enim incipiendum fuit, ut per ipſius gloriam debita fabricæ perfectio accedat, nam *omne trinum perfectum.* Tres proinde ſunt hujus Capellæ Divini Protectores

DE-



Ioan: Steev: del: M: Rinola Scul:

DEUS PATER

ESt cæli & terræ Omnipotẽs Opifex, qui *dixit, & facta* Psal. 32.
sunt, qui mandavit & creata sunt, Ille Sacelli, hujus aget conservatorem. PATER, qui mundum produxit ex nihilo, ille non sinet hanc fabricam ad nihilũ deduci. PATER Æternus, qui ipsam fundavit æternitatem, huic structuræ tribuet perennitatem.

DEUS FILIUS

ESt Verbum sinè quo factum est nihil; nunquam hæc Sacra Ædes conservata DEI Verbô, erit sinè Verbo, & sic nunquam poterit fieri nihil. FILIUS est Sapientia Patris, quæ *ludit in orbe terrarum*, hæc, auxiliante suo sapien- Proverb. 8.
tissimo lusu, non permittet huic Sacello illudi, sed omnes injurias temporum eludet, & elidet. FILIUS est Echo Patris, hæc Excellentissimum hujus Capellæ Fundatorem ROMEDIUM faciet tenere *Medium*, quia *medium tenûre beati*. Hæc submINistrabit *Remèdium*, ut semper servet medium, quia *in medio virtus*. Hæc Viatorem ROMEDIUM securè deducet per medium, nam *mediô tutissimus ibit*.

DEUS SPIRITUS SANCTUS.

DExteræ DEI digitus est; ille hoc Sacellum protectioni suæ commissum ità manutenebit, ut quondam sera posteritas de hoc loco dictuta sit, *verè digitus DEI est* Exod. 8.
hìc. SPIRITUS S. ignis est, ille mentes Fidelium in hâc Capella tanquam in cænaculo Discipulorum Christi, in Pentecoste illuminabit. SPIRITUS S. Amor est, ille corda fidelium in hoc Sacello orantium, Divinâ succendet charitate.

Explanatio Figurarum Iconismi II.

SAnctiſsimam Perſonarum Triadem figurâ præcedenti expreſſam, ambiunt bis quatuor ſymbola exprimentia virtutes, & chariſmata Sancto ROMEDIO à DEO conceſſa.

Figura. A. Denotat ardentiſsimũ Sancti ROMEDII in convertendis gentilibus zelum, quô corda illorum Divino amore inflammavit, & mentem eorum ad cognoſcendum DEUM illuminavit. Symbolum illius ità ſonat: *Da mihi animas.* Geneſ. 14.

Figura. B. Repræſentat ſolitariã S. ROMEDII converſationem, qui tanquam Turtur inter pios gemitus, & devota ſuſpiria, in deſerto vitam transegit, adjectum eſt Symbolum. *Vox Turturis audita eſt.* Cant. 2.

Figura. C. Per Liliũ exprimit illibatam S. ROMEDII caſtitatẽ, quam uſque ad extremum vitæ intemeratam conſervavit, inſcriptúmque eſt Symbolum: *Flos de radice ejus.* Iſaiæ. 11.

Figura. D. Adumbrat invictã S. ROMEDII in bono propoſito conſtantiam: nam de omnibus tentationibus retulit palmam; additum eſt Symbolum: *Juſtus ùt palma florebit.* Pſal. 91.

Fi-

A

DA MIHI ANIMAS Gen: 14

Iconismus II.

part: 2. pag: 4.

B

VOX TVRTVRIS AVDITA EST. CAN: 2

part: 2. pag. 4.

C

FLOS DE RADICE EIVS IS: XI

D

IVSTVS VT PALMA FLOREBIT Psal: 91

E

SIMILABO EVM VIRO Mat: VII

part: 2. pag: 4.

F

MANVM APERVIT INOPI ET PALMAS extendit Prov: 30

part: 2. pag. 4.

G

THESAVRIZATE VOBIS MAT: VI.

part. 2. pag. 4

H

PERFICE GRESSVS MEOS IN CONSP. Psal: 16

part: 2. pag: 4.

T HAV
ME
CONSTRVXIT

T HAV
STRVCTAM
SANCTIFICAVIT

T HAV
VERSV ORNAVIT

T HAV
SACER OSSA
DEDIT.

Figura. E. Contemplandum proponit in præruptis saxis extructum S. ROMEDII eremitoriũ, & oratorium, cum lemmate: *Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.* Matth. 7.

Figura. F. Producit S. ROMEDII profusissimã erga pauperes liberalitatem, qua se exspolians, illos ditavit. Annexa est inscriptio: *Manus suas aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Prov. 31.

Figura. G. Ostẽdit pia S. ROMEDII opera, mortificationes, & afflictiones corporis, quibus carnem suam in servitutem redegit. Adjuncta est inscriptio: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Matth. 6.

Figura. H. Denotat S. ROMEDII devotã peregrinationem, in qua Romæ sepulchra Martyrum pientissimè visitavit. Adscriptum est Symbolum: *Perfice gressus meos in semitis tuis.* Psal. 16.

Explanatio Figurarum Iconismi III.

IN fenestrarum interstitijs, quæ Cupulæ fenestras quatuor æqualibus spatijs à se discriminãt, curiosi Lectoris animum suspendunt quatuor ænigmata, hoc disticho comprehensa.

THau me cõstruxit, THau structã sanctificavit,
THau versu ornavit, THau Sacer ossa dedit.

HOrum mysteriorum Sphyngem, & simul Oedypum egit Illustrissimus & Reverendissimus Dominus, Dominus JOANNES FRANCISCUS, L. Baro de Talmberg, Episcopus Regino-Hradecensis (Titul:) Antistes Literatissimus, Poëta extemporaneus, & in fabricandis Poëticis artificijs feliciſsimus, qui his duob9 præfatis versibus hos latentes sensus velavit.

Thau me construxit.

DEnotat Illustrissimum ac Excellentissimum Dominum ROMEDIUM CONSTANTINUM Comitem de Thun, cujus pia liberalitate, & indefessâ industriâ, ex speciali erga S. ROMEDIUM devotione Sacellum conditum est.

Thau structam sanctificavit.

INdicat Reverendissimum ac Celsissimum Principem JOANNEM ERNESTUM è Comitibus de Thun Archi-Episcopum Salisburgensem, qui hanc Capellam Anno 1692. Die 2. Septembris solenni ritu consecravit.

Thau versu ornavit.

IN hoc ænigmate se ipsum intellexit altè memoratus Illustrissimus & Reverẽdissimus Præsul & Baro de Talmberg, qui diversorum carminum huic Sacello inscriptorum Author fuit.

Thau sacer ossa dedit.

ALludit ad S. ROMEDIUM Comitem de Thaur, hujus splendidissimæ Capellæ Patronum, cujus notabilis pars Reliquiarum è Tyroli in Boëmiam translata, in hoc loco religiosâ colitur pietate.

A



ESAV.

ICONISMVS IV.

B



NAAMAN.


C



Josep. di Rossi del:

RVTH.

D



OBEDEDON.

M: Rinola Sculp:

Explanatio Figurarum Iconiſmi IV.

EXtremitatem Cupulæ ambiunt ſedecim Figuræ ex Sacræ Paginæ hiſtoria deſumptæ, quas ſuprà cum laude nominatus Illuſtriſsimus Dominus Epiſcopus Baro de Talmberg his verſibus complexus eſt.

Eſau, Nahaman, Ruth, Obededon, Mathathias
Elias, David, Job, Urias, Samuel.
Aſa, Thou, Habacuc, Ananias,* Vidua, Rachel

* *Poëtic. Licent.*

Nec myſterio vacant hi ſcripturiſtici verſus; ſi enim initiales horum nominum literæ conjungantur, in hunc ſenſum concurrent.

EN ROMEDIUS A THAUR.

Porrò particulares harum imaginum hiſtoriæ, ex infallibili Sacræ ſcripturæ relatione deſumptæ ſequentibus declarantur.

In Figura A. repræſentatur filius Patriarchæ Jacobi piloſus *Eſau*, qui externâ corporis hirſutie villoſos & ferinos mores prodebat, adſtat ille parenti ſuo paternam ab illo accepturus benedictionem, ſed à Germano ſuo, matris inſtinctu non illicitâ fraude, præventus (qui favente patris cæcitate, paternæ dexteræ ſubrepſit) primatum amiſit, & benedictionis prærogativam. Geneſ. 27.

In Figura **B.** penicillô expreſſus cernitur Princeps militiæ Regis Syriæ *Nahaman*, qui juxta ethymologiam ſui nominis *pulcher*, ſed leprâ fœdus fuit. Hic ſvaſu puellæ Hebrææ, pro recuperanda valetudine, Prophetam Eliſeum accedens, ab eo ſepties in Jordanis lavacro balneare juſſus eſt. In hoc amne thermas nactus ſaluberrimas luem eluens aquis, & corpore, & animo munditiam pueri parvuli aſſecutus eſt. 4. Reg. 5.

In Figura **C.** ſpectantium oculis proponitur *Ruth* Moabitis, quæ fame compellente Socrum Noëmam ſociam ſecuta, patrium linquens ſolum advena fuit in terra Judæa. Hæc ſpicas legendo in agro Booz propinqui ſui, affectum illius collegit, & facta eſt thori illius collega. Ex ea genitus eſt Obed, & ex illo deſcendit JESUS, qui vocatur CHRISTUS. Ecce quantô myſteriô ſpicæ hujus Moabitidis præluſerunt frumento Electorum. Ruth. 2.

In Figura **D.** exhibetur *Obededon*, ad cujus domum divertit Arca DEI Iſraël, factúsque eſt per trium menſium ſpatium Arcæ pretioſiſſimæ Theſaurarius & cuſtos. Magna profectò res eſt in domo ſua recipere Deum hoſpitem, & illum habere inquilinum. Semper ſervitur illi cum fœnore, quia ſolvit centuplum. Hanc profuſam DEI liberalitatem expertus eſt religioſus Hoſpes DEI, nam de illo refert Sacra pagina: *Benedixit Dominus Obededon, & omnem domum ejus.* 2. Reg. 6.

Explanatio Figurarum Iconiſmi V.

IN Figura **E.** *Mathathiæ* zelus exprimitur, qui ſinè populo Princeps, ſinè templo Pontifex, ſe, fili-





foldout/map
not digitized

filios, totámque familiã ſuam ad ſacrã militiam contra impios gentiles conſcripſit, læſi Numinis injuriam vindicare deſiderans ſeſe morti obtulit, ut transgreſſorem Legis morti tradere poſſet. Unde Judæum deſertorem idolis adolentem in ipſa ara trucidavit, & Regis Antiochi miniſtrum Hebræos ad idololatriam compellentem zeloſo auſu pariter interfecit, nec dubitavit Sacerdos fieri & carnifex, ut Numen iratum placaret. 1. Machab. 2.

In Figura F in ſcænã prodit Elias, qui Aulam Achab, & impiæ Jezabelis, totúmque populum Iſraëliticum deſerens, & in deſertum ſe recipiens, ab omnibus deſertus eſſe videbatur. Non tamen fuit deſertus à DEO, qui neminem deſerit, nisi priùs ab illo deſeratur. Imò ſe deſerentes non deſerit, ſed illos etiam ingratos ad viam ſalutis reducit. Hic benigniſsimus DEUS Eliam obſequiô corvorum panes & carnes adferentium quotidiè pavit, qui nunquam cras, cras crocitando miniſterium ſuum procraſtinàrunt.

In Figura G paſtoritij pueri Davidis triumphus repræſentatur, qui carneum Philiſtinorum propugnaculum Goliam proſternens, unicô fundæ ſuæ lapide jamjam ruentem Hebræorum Rempublicam ſolidavit. Pro quo beneficio invidiam reportavit. Nimis enim malè in auribus Regis Saul reſonabat illud Hebræarum mulierum canticum, *percuſſit Saul mille, David autem decem millia.* Et hic eſt ſtylus mundi, pro beneficijs maleficia rependere. 1. Reg. 18.

In Figura H ſpeculum patientiæ Job proponitur, qui perditis rebus, amiſsis filijs, nec ipſam carnem, quæ ipſi ſola remanſerat, ſalvam potuit obtinere, denique (ut vulgariter loquar) omnia diabolus rapuit, præter ſolam uxorem, quam teſte S. Auguſtino, *non dimiſerat marito conſolatricem, ſed ſuæ tentationis adjutricem, fecerat eam novam Evam, ſed ille non erat vetus Adam. Fortior fuit Job in doloribus,* De tempore barbarico c. 6.

ribus, quàm ille Adam in nemoribus, iste non cessit tormentis, iste superatus est in delicijs.

2. *Reg.* c. 11. In Figura I se obtutui offert Urias inter milites Davidis non postremus heros, sed infelix maritus. Uxorem habens non habebat, nam illum ex conjugis amplexibus ad lacertosam luctam, ex pulvinaribus ad bellicos pulveres, à tecto ad tentorium ferreus Mars abstraxit. In absentia mariti Bethsabea Davidem, qui manu leonem straverat, visu perculit & prostravit, & dum sordes corporis ad fontem abluit, magis inquinata recessit. O infelix Urias, quem priùs occiderunt Davidis literæ, quàm hostium armatura.

In Figura K objectũ picturæ est Propheta Samuel, qui à matre in templo impetratus, vicissim templo est oblatus, officijs cum DEO certante Matre. Adhuc puer factus est custos templi, & templum DEI. Post hæc creatus summus Sacerdos DEI, & judex populi, Philistæos Cæli fulminibus vicit. Duos Reges populi Israëlitici unxit, Saulem, & Davidem. Primum lenticulâ olei, alterum pleno cornu perfudit, quia Sauli unctione sua *cor in melius immutavit.* Davidem verò ante unctionem esse *Virum secundùm cor DEI* deprehendit.

Explanatio Figurarum Iconismi VI.

3. *Reg.* 15. 

IN Figura L exhibetur zelus Asæ Regis, qui fecit rectum ante conspectum Domini. Abstulit ille effœminatos de terra, nè illam spurcitijs suis contaminarent. Matrem suam Priapi antistitem à tam turpi officio

cio

ASA.



ANANIAS.

THOV



VIDVA.

HABACVC.



RACHEL.



Joan: Stegr del:





M: Rinola sculp:

ICONISMVS. VI.

cio removit, evertitque lucum, & infamem ſpeluncam, omnium libidinum ſordibus conſpurcatam. Ipſum verò abominabile Priapi idolum combuſsit in torrente Cedron. Nec mirum eſt hujus ſalaciſsimæ ſtatuæ truncum inter Cedronis undas fuiſſe combuſtum, cùm Venus ex undis nata, in ipſis aquis ardeat.

In Figura M repræſentatur hiſtoria THOU, qui jam in illo ſeculo inſignis politicus fuit. Poſtquã enim inter Philiſtæos & Moabitas Rex David arma victricia circumtuliſſet, & Adarezer Regem Soba oppreſsiſſet, nec non Syros Adarezer auxilium ferentes prælio viciſſet: in hac belli flamma; dum proximus arderet Ucalegon, Thou Rex Emath, cùm ſe imparem reſiſtendo videret, in arena conſilium cœpit, miſſóque proprio filio ad Regem David, pacem popoſcit, de tam inſignibus victorijs eidem congratulando. Profecto Thou in hac prudenti ſubmiſsione, ſi non politicum hominem, ſaltèm politicum Regem egit. *1. Paralip. 18.*

In Figura N oculis ſe ſiſtit Prophetæ Habacuc è Judæa in Babylonem mirabilis translatio. Projectus erat in lacum leonum Propheta Daniel, ferociſsimarum belluarum eſca futurus. Sed quamprimum ille os ſuum ad orandum aperuit, DEUS ora leonum concluſit. Et nè fame ſervus DEI torqueretur, famoſum factum eſt miraculum: nam Angelus Domini apprehenſo vertice Prophetæ Habacuc, illum unà cum prandio, quod meſſoribus ſuis paraverat, in capillo capitis ſui in Babylonem transtulit ad famentem Danielem. Verè tunc nonnemo Poëtarum canere potuit: *Omnia ſunt Habacuc tenui pendentia filo.*

In Figura O ſe ſpectandum offert Ananias præclarus CHRISTI diſcipulus, cum Saulo luminibus privato. Ibat ille inter prima naſcentis Eccleſiæ exordia acceptis à Magiſtratu Judæorum mandatis tumidus, & conceptis in Chriſtianos ſupplicijs truculentus. Seſſorem ſuum *Actor. 9.*

equus

equus portare ampliùs non valuit, qui ipsi DEO factus est gravis. Cælesti voce turbatus, & caballo déturbatus, atque terræ allisus, cælestia sapere cœpit Saulus, & visu perdito, ad omnia cætera cæcus, DEUM vidit. O quàm benignus est DEUS, perdita lumina persecutori Ecclesiæ per Ananiam restituit, & lumen fidei in mente illius accendit, & sic semel cæcum dupliciter fecit videntem.

In Figura P producitur Vidua Sarephtana, quæ viduato viro, sed non spoliata virtute, in facultatibus do-
3. Reg. 17. mesticis pauper, sed in facúltate benefaciendi prædives; in omnium rerum extrema caritate supremam Prophetæ Eliæ exhibuit charitatem. In summa victûs penuria nihil illi superfuit nisì pugillus farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho, & tamen utrumque obtulit ignoto hospiti, illumque prætulit filio & sibi. Remuneratus est hanc misericordiam DEUS: ut lecythus olei nunquam deficiens videretur carere fundo, & pugillus farinæ vix uni sufficiens pro tribus alendis superabundaret.

In Figura Q penicillo expressa est Rachel, in tento-
Genes. 30. rio stramentis insidens, quibus furtum suum celabat. Inter hæc tamen furta innocens permansit, nec illam ream accusare potuit, nisì sacrilega impietas, cujus patrocinium vera religio suscepit. Veri Numinis cultum ut extolleret, idola patris sustulit, quæ quia Divinum furabantur honorem, illa vicissim furtô abstulit, & quia indigna fuerunt thuris fumo, sub fimo camelorum abscondit.

Explanatio Figurarum Iconismi VII.

SUb Figuris iconismo præcedenti explicatis diversa cernuntur insignia, quæ glorioſas dignitates in Eccle-

sia

sia DEI obtentas à cõsangvineis Comitibus de THVN ex parte Excellentissimi Domini Fundatoris, & Comitibus de SALM, ex parte Illustrissimæ Dominæ Conjugis BARBARÆ FRANCISCÆ Comitissæ de SALM repræsentant. Hæ Figuræ sunt insignia Ecclesiarum, quibus præfuerunt, aut spiritualium dignitatum, quibus fulserunt Illustrissimæ Personæ ex utroque Stemmate oriundæ. Porrò sciendum est earum nomina iteratis vicibus produci, quæ pluribus Ecclesijs præfuerunt.

Ut autem benevolus Lector ex parte Glorioſæ stirpis Salmensis & Familiarum cum eadem connexarum notitiam aliqualem saltèm habeat, hisce pauculis lineolis eundem informandum duxi. Antiquissimi hujus Stemmatis Maximorum Regum & Ducum feracis, & incredibili penè rerum præclarè gestarum gloriâ percelebris, Fundator fuit SALMO vel SALMON heroicus Princeps, Frater COLENGI Tongrorum Regis in ordine non, qui primus Comes Salmensis, ab Arce, quam suo nomine decoravit, dictus est. Uxor illius fuit CLOTILDIS Filia ARRIOVISTI Regis Saxonum. Pro Gentilitio insigni gessit duos rubros Salmones in campo albo, & hoc ante CHRISTUM natum 86. annis actum est.

Ab hoc glorioso Principe post aliquot generationes descendit JULIANUS I. Comes de SALM, cujus filius, vel (ùt aliqui volunt) frater Germanus, Tiberij Cæsaris castra secutus ocularis testis fuit mirabilium, quæ in crucifixione Salvatoris nostri in Monte Calvariæ contigerunt. Novorum enim locò ex Civitate Jerosolymitana ad Domum Paternam sequentia perscripsit: *Diebus istis condemnârunt ad infamem mortem Judæi Prophetam suum, quem JESUM à Nazareth vocârunt. In morte hominis istius, terræ fuit concussa, & tam horrendi saxorum auditi fragores, ut urbem totam ruituram existimarëm, & diem insuper in noctem versam per tres quasi horas.* Hæc epistola in cortice exarata, cum

complúribus æternâ memoriâ dignis monumentis in horrendo Civitatis Paſſavienſis incendio flammis abſumpta eſt.

Memoratu quoque dignum eſt, quod in hiſtoria Comitum Salmenſium Hieronymus Henninges de SYMETRIO ſcribit his verbis: *Symetrius primus Giſſiæ Comes à Salmis, primus Chriſtianam fidem ſuſcepit, baptizatus à Materno Rhenenſium Apoſtolo: qui hujus nepotem ex conſanguineo à mortuis excitavit, & Baptizato nomen Materni indidit. Obijt Anno Chriſti* 106. *Martyr Chriſti.*

Proceſsit continuatâ ſerie hæc Illuſtriſsima Familia Comitum de SALM, uſque ad HENRICUM II. qui Senior eſt appellatus, & Anno Chriſti 771. traditur obiiſſe. Hic poſt annos propè octingentos à condito veteri Comitatu in Arduenna novum in Lotharingia Superiore ad fines Alſatiæ condidit, cui non ad diſtinctionem Familiæ, ſed diſcretionem Comitatuum albos in campo rubro Salmones pro inſigni dedit. Reliquit ille poſt ſe duas proles, videlicet HENRICUM III. cognomentô JUNIOREM & Filiam FELICITATEM. Iſte HENRICUS fuit ultimus Comes à SALMONE deſcendens. Unicam habuit filiam ſuperſtitem HEDWIGEM. Nè tamen cum illo Nomen Comitum de SALM interiret, ex Sorore ſua FELICITATE nepotem HENRICUM in hæredem Comitatûs & Nominis adoptavit, eidémque Filiam ſuam HEDWIGEM in conjugem dedit

Soror autem HENRICI III. FELICITAS, acceptô Comitatu veteri in Arduenna cum rubris Salmonibus, à Patre ſuo nupta FRIDERICO DUCI MOSELLÆ, hunc Comitatum illi pro dote attulit, qui primus è Ducibus MOSELLÆ Comes de SALM dictus eſt. Ex horum matrimonio progenitus fuit

SADIGERUS Dux MOSELLÆ & Comes de SALM Equitum Magiſter ſub LUDOVICO PIO Batavos

tavos ſubjugavit, rebelles Imperatori in agro Lucenſi in ordinem redegit, Victor in Ubiorum finibus contra Normannos extitit, verùm in ipſius pugnæ receſſu occubuit. Heroicus hic Princeps præter alias proles genuit duos filios:

REINERUM, qui & RANERUS, RAGNERUS, REGINALDUS à nonnullis nominatur, & HENRICUM IV. REINERUS ſeu RAGNERUS cognomentô MAGNUS ex MOSELLANO Duce, & Comite Arduennæ, Buillionæique, à LOTHARIO Imperatore Dux Lotharingiæ inveſtitus eſt circa annum Chriſti 860. Et ab hoc Magno Principe propagationem ſuam derivant Duces Lotharingici.

Frater REINERI HENRICUS IV. & Nepos FELICITATIS, Filius adoptivus HENRICI III. Comitis ultimi de SALM, matrimoniô junctus fuit (ùt ſuprà dictum eſt) HEDWIGI Filiæ HENRICI III. quæ eidem dotis nomine attulit Comitatum Salmenſem in Arduenna; Et ſic factus eſt Dominus utriuſque Comitatûs, tam rubris, quàm albis Salmonibus inſigniti.

HENRICO IV. ſucceſſerunt: HENRICUS V. RAIMBALDUS, SIGARICUS, qui utriuſque Comitatûs Domini permanſerunt.

THEODORICUS autem Comes de SALM ultimus utriusque Comitatûs Dominus, diviſit eos inter duos ſuos filios.

CAROLO hujus nominis V. Comiti de SALM dedit Comitatum veterem Salmenſem cum rubris Salmonibus & albo Campo in Arduẽna; HENRICO autem novũ Comitatum in Lotharingia cum albis Salmonibus in rubro campo aſſignavit.

Per poſteros CAROLI V. Salmenſis Sangvis ad præcipua totius Europæ Stemmata eſt derivatus. Nam ab HENRICO Comite de SALM Primus Portugalliæ

 Rex

Rex descendit, rarâ sanè & memorabili fortunâ: prænominatus enim HENRICUS in terram Sanctam proficiscens contrariâ inter procellas maris jactatus tempestate, ad Portugalliam optimô suô fatô delatus est, ubi ALPHONSO VI. Castellæ Regi heroicis suis facinoribus contra Saracenos & Mauros strenuè pugnando perutilem navavit operam. Hunc ergo Heroëm, ut sibi Rex devinciret, eidem Filiam suam Theresiam cum Comitatu Portugalliæ (nunc Regno) pro conjuge dedit. Ex his progenitus est:

ALPHONSUS I. Rex Portugalliæ qui post devictos unô prælio quinque Maurorum Reges, ab exercitu suo Rex salutatus est. Hic quinque Christi Vulnera, tanquam victoriæ suæ tesseram posteris suis pro gentilitio insigni reliquit. Ab hoc Rege Illustrissimus sangvis Comitum de SALM in Reges Portugalliæ, Hispaniæ, Galliæ & Sereniss imam Domum Austriacam est deductus.

Reges Portugallia & Hispania.

COMITES de LüTZENBURG, Sangvinem Salmensem hauserunt ab HENRICO BLONDO, primo ex Stemmate de SALM Comite Lützenburgensi: & consequenter Reges Boëmiæ à JOANNE COECO, usque ad **AUGUSTISSIMUM CÆSAREM LEOPOLDUM.**

DUCES LIMBURGI per CAROLUM V. altè memoratum Comitem de SALM facti sunt hujus Illustrissimæ Domûs Consangvinei. Denique Comites REIFFERSCHEIT, Comites de FALCKENBURG, Comites RHENI, Comites à LIGNI, Comites FANI SANCTI PAVLI, omnes de SALMENSI sangvine ex hac CAROLI V. Linea participârunt.

Nec minùs glorioſa est Comitum de SALM altera linea HENRICI VI. quæ pro Gentilitio scuto utitur albis Salmonibus in Campo rubro. Hujus Comitatûs ditio integra permansit, usque ad tempora JOANNIS V. qui illam

illam divisit inter duos filios suos circa annum 1430. SIMONI dedit mediam inter JURA & VOGESIJ montana Comitatûs partem, & reliquã assignavit JOANNI VI.

Pars hujus Salmensis Comitatûs per JOANNETAM SIMONIS filiam facto conjugiô ad JOANEM Comitem WILDT & RHENI translata est, ex quo matrimonio Salmensis sangvis ad Comites WILDT & vulgò dictos REINGRAFFIOS defluxit.

Ex JOANNE VI. prognati sunt JOANNES VII. & NICOLAUS II. horum primus partis Comitatûs ad parentem suum spectantis factus est Dominus, quæ etiam apud Comites de SALM permansit usque ad CHRISTINAM Comitissam de SALM, quæ nupta FRANCISCO de VAUDEMON Duci Lotharingiæ eidem hanc Comitatûs partem pro dote attulit. Ex hac CHRISTINA descenderunt moderni Principes Lotharingiæ.

Alter Fratrum NICOLAUS II. Illustrisimum Stemma de SALM ad Hæreditarias Sereniſsimæ Domûs Provincias induxit: Factúsque est FERDINANDI Regis Ungariæ Consiliarius, Camerarius, & Supremus Austriæ Capitaneus. Hic fortisimus Heros Turcas ad Zagrabiam, Venetos ad Verronam vicit: à MAXIMILIANO I. Imperatore opibus & honoribus auctus, FRANCISCUM Regem Galliæ ad Ticinum cæpit Annô 1525. In obsidione Viennensi, dum, dirutis mænibus, se irruentibus Turcis opponit, saxô perculsus lethale vulnus accepit, & victoriæ suæ immortuus est. Gloriam paternam æmulatus est

NICOLAUS III. Comes à SALM & NEüBURG ad OENUM, aurei Velleris Eques, Posoniensis Regionis Præfectus, FERDINANDI Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ Regis intimus Consiliarius & Camerarius, Hungariæ, Sclavoniæ, & Croatiæ supremus Capitaneus. De hoc Illustrisimo Heroë scribit Hieronymus Henninges,

illum à JOANNE PANNONIO, Rege in fratrem, admiratione virtutis, adoptatum, ac ab eodem, ùti & SOLYMANNO Turcarum Tyranno ampliſsimis muneribus, cùm apud ipſos Legatum FERDINANDI Regis ageret ornatum fuiſſe. Obijt Agriæ Anno 1550.


A tam glorioſis Majoribus per CAROLUM Comitem de SALM & NEüBURG, ad OENUM deſcendit BARBARA FRANCISCA Comitiſſa de SALM. Quæ nupta Illuſtriſsimo ac Excellentiſsimo Domino ROMEDIO CONSTANTINO Comiti de THUN ex quinq; quas exixa eſt, prolibus unicum ſuperſtitem habet Filium ROMEDIUM SECUNDUM Comitem de THUN, cujus Illuſtriſsimi natales in ampliſsima icone exactiſsimè deducti, ad calcem libri reſervantur.

Nunc ad explanationem figurarũ in iconiſmo contentarum me converto.

Numero I.

REpræſentatur Inſigne Archi-Epiſcopatûs Salisburgenſis, cui gloriosè præfuit, & profuit Eminentiſsimus & Celſiſsimus Princeps GUIDOBALDUS è Comitibus de THUN, Sacræ Eccleſiæ Romanæ Cardinalis. Vir ad Summa natus, cujus glorioſa acta in opuſculi hujus decurſu ſæpiùs deprædicantur. Ultra hæc omnia, cùm ſerò ad manus meas pervenerit exemplar literarum Apoſtolicarum, ex quibus facilè erui poteſt, quantæ æſtimationis apud CLEMENTEM IX. Summum Pontificem fuerit Princeps Eminentiſsimus, mihi piaculo duxi illud ſilentio præterire: adeoque illius contentum publicæ luci expono.

CLE-


1.
GVID: S: R: E: CARD: ARCH: EP: SALISB:
2.
IOAN: ERN: A: GH: EP: SALISB:
ICONISMVS
VII.
3
GVILL: D: A: EP: COL: EX: C: DE: FALK: B:
4
THOM: EP: CATH: EX: C: DERBEN:

part: 2. pag: 18.

CLEMENS PAPA IX.



Ilecte fili Noster salutem & Apostolicam benedictionem. Ex literis tuis nuper acceptis de Comitiorum Ratisbonensium Præsidentiâ relinquendâ Te cogitare, ingenti sanè cum animi nostri molestia & sollicitudine perspeximus, reputantes nimirum, quantum ea Præsidentia securitatis, & emolumenti, cunctis Catholicæ Religionis & communis boni rationibus in ijsdem Comitijs per tot annos attulerit: & idcircò muneris Pontificij charitate perurgente commoti, ut à Te summoperè postulemus (quod his literis profecto facimus) nè tantum auctoritatis, consiliorum, studijque Tui præsidium hoc tam inopportuno tempore utilitati publicæ subtrahas, cui certè proprij commodi, aliarumque rerum tuarum rationes omnes in hâc eâdem causâ tamdiu summâ cum tui laude gloriáque posthabuisti. Hunc autem tanti decoris tantorumque penes DEUM & homines promeritorum cursum intempestivè nunc abrumpi, atque tot sumptus, labores & res gestas incassùm cadere, aut saltèm detrimentum non leve subire, nunquam spectata sapientia, nec minùs eximius Zelus ac pietas tua ullo pacto, utì confidimus, pati poterit, cùm præsertim id etiam vel amori Paterno nostro Te libenter daturum esse credamus, qui sicut egregias virtutes, animíque præcelsi Tui magnitudinem plurimi facimus, arctéque complectimur; ità quoties occasio tulerit, optatis, rebusque cunctis tuis usque præsto erimus.

Quod si forsan hæ literæ Te jam ex Comitijs digressum invenerint, ut ad ea statim redeas, & eandem Præsidentiam reassumas, omninò cupimus, & à Te vehemen-

ter expoſcimus; tribues hoc totum DEI cauſæ, & perpetuæ obſervantiæ tuæ in hanc Sanctam Sedem; cujus equidem cùm impensè ſtudioſum uſque Te præſtiteris, nunc ei potiſsimum obſequi voles in rebus Candiæ ad univerſæ rei Chriſtianæ ſecuritatem, & ſalutem tantopere pertinentibus.

Illis igitur in tam gravi diſcrimine conſtitutis, ut Principum Catholicorum opem & auxilium præcipuè in Comitijs quantum poteris, hortationibus, officijs & exemplo quoque propriæ liberalitatis impetrare contendas, etiam atque etiam, uti pariter literis alijs egimus, à Te flagitamus. In quo prorsùs illud unicè neceſſariam eſt, ut quidquid ab eis præſtari poterit quanto citiùs aut ſtatim potiùs tribuatur, cùm inſtante periculo præſentaneo, omnis etiam longè validioris ſubſidij ſinè celeritate certitudo penitùs inanis & vana reddatur. Interim Tibi dilecte Fili Noſter ex tuis æquè generoſis ac pijs conſtantis incœpti progreſsibus, ut feliciter aſpiret Dominus, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris die III. Martij M. DC. LXVIII. Pontific. Noſtri año Primo


J. F. Florentin.

Numero II. Iterum producuntur inſignia Archi-Epiſcopatûs Salisburgenſis, cujus glorioſam Sedem defacto feliciter occupat Reverendiſsimus & Celſiſsimus Princeps JOANNES ERNESTUS è Comitibus de THUN, cui omnia fauſta & felicia exoptans, ſequentibus verſibus acclamo.

Opto DIV *regnet ſanVs CanVsqVe* I*oannes*
ErneſtVs De ThVn aVXILIante Deo.

Numero III. Exhibetur inſigne Archi-Epiſcopatûs Colonienſis, cujus thronũ occupavit ENGELBERTUS Co-

5.



6



ICONISMVS
VIII.

7



8



part 2. pag: 21.

9.



10.



ICONISMVS
IX.

11



12.



Comes à FALCKENBURG ex Comitibus de SALM descendens.

Numero IV. Visendum se offert insigne Ecclesiæ Catalaunensis, cujus Episcopale munus laudabiliter obivit Illustrissimus Præsul THEODORICUS Comes de BARRI Comitum de SALM Consangvineus.

Explanatio Figurarum Iconismi VIII. & IX.

Numero V. Delineatum cernitur Insigne Episcopatûs Passaviensis, ad cujus restaurationem temporibus afflictissimis, quasi de Cælo datus videbatur Celsissimus Princeps WENCESLAUS ex Comitibus de THUN. Illius in Ecclesiam Passaviensem merita, nulla unquam ex gratorum Successorum memoria delere poterit oblivio.

Numero VI. Se oculis objicit insigne Episcopatûs Ratisbonẽsis, cujus Sedem occupans Eminentissimus Princeps GUIDOBALDUS de THUN, S.R.E. Cardinalis eundem maximis debitis profundè immersum, munificentiâ suâ plurimorum millium Imperialium adjutoriô, ex imo in sublime elevavit. Vide pag. 28. part. 1.

Numero VII. Spectantium luminibus occurrit Insigne Episcopatûs Argentinensis, cujus fidelem Antistitem egit RICUINUS è Comitibus de SALM, Filius SADIGERI JUSTI.

Numero VIII. Producitur Insigne Episcopatûs Metensis, cujus magnum Præsulem egit ADALBERO ex Ducibus Lotharingicis Comitum de SALM Sangvinem participantibus, oriundus. Electus fuit Cleri, populique votis. Ædificavit duo Monasteria Monialium,

unum in ipſa Urbe Metenſi, & alterum in Bliſacenſi pago SS. Trinitati Sacrum.

Numero IX. & X. Se obtutibus offerunt duo Inſignia, unum Epiſcopatûs Brixienſis, & alterum Tridentini, utrique cum ſumma laude præfuit ALPHONSUS è Comitibus de THUN, Vir magnæ prudentiæ, & eximiæ erga DEUM pietatis. Sub illius tempora tres quoque Germani Fratres Comites de THUN diverſarum Eccleſiarum infulis condecorati ſimul & ſemel rarô exemplô fulſerunt.

Numero XI. Delineatum oſtenditur Inſigne Epiſcopatûs Leodienſis, quem præclarô ſuô regimine gubernavit SIMON ex Ducibus Lotharingiæ & Comitibus de SALM ex Linea REINERI I. deſcendens.


Numero XII. Oculis proponitur Inſigne Epiſcopatûs Verdunenſis, cujus Paſtoralem curam geſsit ADALBERO ex Ducibus Lotharingiæ & Comitibus de SALM ſuam ducens Genealogiam.

Explanatio Figurarum Iconiſmi X. & XI.


Numero XIII. Repræſentatur Inſigne Epiſcopatûs Gurcenſis, cujus infulâ decoratus fuit WENCESLAUS è Comitibus de THUN ANTISTES magnis Principibus annumerandus, qui ex innata ſua liberalitate huic Sedi de pretioſa argenteria, & ſumptuoſis mobilibus, munificentiſsimè proſpexit.

Numero XIV. Intueri licet Inſigne Epiſcopatûs Seckavienſis, cujus ſacram ſedem meritô ſuô defacto poſsidet RUDOLPHUS ex Comitibus de THUN, Princeps pro-

13.



14.



ICONISMVS
X.


15.




16.



17.



18.



ICONISMVS
XI.

19.



20.



Part: 2. pag: 22.

propter illuſtres ſuas virtutes magnis dignitatibus reſervatus, cui:

Tempore venturo DEUS, & Fortuna favebit.

Numero XV. Expreſſum cernitur Inſigne Archi-Epiſcopatûs Trevirenſis, cujus gubernacula rexit THEOBALDUS ex Ducibus Lotharingicis & Comitibus de SALM. Qui licèt in Catalogo Archi-Epiſcoporum Trevirenſium non reperiatur: invenitur tamen apud Hieronymum Henninges.

Numero XVI. Spectantium obtutibus exhibetur Inſigne Epiſcopatûs Tullenſis, cujus Antiſtitem egit HENRICUS ex Ducibus Lotharingiæ, & Comitibus de SALM, ſtemma ſuum deducens.

Numero XVII. & XVIII. Sacra Melitentis Crucis reſulgent Inſignia, quibus olim exornatus fuit CHRISTOPHORUS ex Comitibus de THUN, Auguſtiſſimi Cæſaris FERDINANDI II. ſupremus Aulæ Præfectus. Præſentibus verò temporibus victoriosâ Melitenſium Cruce glorioſus eſt FRANCISCUS ex Comitibus de THUN Prior & Commendator Kleinölſij, Gröbingæ, & Viennæ, Claſsis Melitenſis Gèneralis, & Victorioſus contra Turcas & Barbaros Triumphator.

Numero XIX. In conſpectum prodit Inſigne Archi-Epiſcopatûs Moguntini, cujus ſacram tyaram adeptus eſt FRIDERICUS ex Ducibus Lotharingiæ, & Comitibus Salmenſibus deſcendens. Hic Princeps fundavit Moguntiæ Præpoſituram Sancti Petri.

Numero XX. Oculis ſe rurſum ingerit Inſigne Epiſcopatûs Paſſavienſis, in cujus throno reſedit WOLFGANGUS ex Comitibus de Salm, ex Linea NICOLAI SECUNDI, qui ad ditiones Auſtriacas transmigravit, oriundus.

Explanatio Figurarum in Icō-nismis XII. XIII. XIV. & XV. contentarum.

ABſolutâ præcedentium Inſignium explanatione, deſcriptionem ipſius fornicis aggredior, qui tali artificiô concameratus eſt, quaſi decadi columnarum incumberet, cujus medium Principes Apoſtolorum PETRUS & PAULUS, reliqua verò duo extrema quatuor Evangeliſtæ & totidem Primarij Eccleſiæ Doctores (qui in Eccleſia DEI *columnæ eſſe videbantur*) ſuſtentarent, ac fulcirent. Intervalla columnarum gratioſiſsimè exornant geſta & acta S. ROMEDII artificiosô penicillô elegantiſsimè expreſſa, prout huic operi ſparſim inſertæ icones abundè manifeſtant. Sub fornice per quinque feneſtras figuræ ovalis copioſa lux Sacello illabitur, quarum proportio ut continuaretur, totidem picturæ per gyrum diſpoſitæ in eadem figura ovali illis correſpondent, quæ territoria ad hiſtoriam Sancti ROMEDII pertinentia repræſentant.


Galat. 2.

ICONISMUS XII. Exhibet delineationem CASTRI THAUR, quod Dynaſtæ SUMMONTORIANI antiquiſsimâ ſtirpe oriundi, utì & SCHROBENHUSIANAM ARCEM IN BOJARIA nec non SUMMONTORIUM condiderunt. Hæc THAURENSIS ARX DIVI ROMEDII Domus Natalis fuit.

ICONISMO XIII. Repræſentatur ANTEX, ANDEGS, vel etiam Andechs/ quod olim DAMASIA, vel Dieſſen appellabatur, ad Comites de THAUR pertinuiſſe oſtenditur, per RAPOTONEM & ORTULPHUM Comites

ARX THAVR.

Icon. Ism. XII.



J. de Rossi del.

M: Pan. da Sculp:


ANDEX ANTIQVITVS ARX.



Ro. del.

M. Pan. da

Part: 2. pag: 25. ALTA GVARDIA. Iconismus XIV.



J: di Rossi del: M: Ruola Sculp:

Part: 2 pag: 25. Iconismus XV.



Joseph di Rossi del: EREMVS S: ROMEDII. M: Ruola Scul:

mites de THAUR, qui ſimul Domini in Andex & HOHENWARTH exſtiterunt. Hoc Caſtrum ſucceſſu temporis OTTO III. Comes de WOLFARTHAUSEN/ in templum transformavit, & B. V. MARIÆ dedicavit.

ICONISMUS XIV. Obtutibus offert SUMMONTORIUM, quod ALTA GUARDIA, ALTA SPECULA, & HOHENWARTH dicitur. Eosdem cum CASTRO THAUR habuit Conditores, proinde etiam illorum Dominio ſubjectum fuiſſe comprobatur. RAPOTONEM Comitem à THAUR in HOHENWARTH habitâſſe hiſtorici produnt. Hanc Arcem poſtmodum WILLETRUDIS Soror ORTULPHI de SCHROBENHAUSEN/ cum illius conſenſu & auxilio in Parthenonem Sacrarum Virginum convertit Annô 1081.

ICONISMUS XV. Spectantium oculis proponit abſtruſam S. ROMEDII Eremum, inter vaſtiſsimas cautes, & eminentia ſaxa ſitam. Item Capellam illius, quam olim reparationis gratiâ conſcendens faber, & fallente pede decidens, tam horribile præcipitium ſinè noxa patrocinante S. ROMEDIO eſt emenſus. Hunc prærup- *Vid. pag.* tum locum elegit ROMEDIUS, quem DEUS inſigni mi- 142. raculo comprobavit. In hac excelſa rupe, non tantùm *part. 1.* corpore, ſed etiam ſpiritu propinquior cælo factus, penè illud oculariter inſpexit; inde allocutus eſt Numen & *Philip. 3.* *verſationem ſuam in cælis habuit*, tamque altam rupem conſcendendo vix non ipſum cælum corpore ingreſſus eſt. Placuerunt quidem ſemper montes DEO, ſed non abſque vallibus. Magni Sancti *montes DEI* appellãtur. Quem- *Pſal. 35.* admodum autem dari non poſſunt montes ſinè valle, ità nec ſublimes Sancti ſinè humilitate. Chriſtiane Lector ſi Magnum Sanctum imitari cupis ROMEDIUM, illam perpende S. Auguſtini ſententiam: *Altus eſt DEUS; humi-* *Serm. de Aſcenſ.* *lias te, & deſcendit ad te: erigis te, & fugit à te.*

Descriptio Jurisdictionis Castri Fundi.

VIDE ICONIS: XVI.



Omitatus Tyrolis rarô naturæ opera ſuâ variantis ſpectaculô, illam Regionẽ tranſeuntium oculos & mentes in ſtuporem rapit, dũ in montibus valles in profundùm dehiſcere, & in vallibus montes in altùm aſſurgere facit. In profundis vallibus elati montes ſuperbiunt, & in ſuperbis montibus ſubmiſſæ valles ad humilia deſcendunt. In hac admiranda Provincia, Jurisdictio CASTRIFUNDANA ſita in VALLE ANNANIA, quoad Spiritualia Epiſcopo Tridentino; quoad temporalia autem Sereniſsimis Principibus Tyrolis ſubjecta, eſt una ex principalioribus jurisdictionibus, quas dictus Cómitatus in ſui ambitûs gremio concludit. Originem ejus vel potiùs magis antiquam poſſeſsionem à memoria hominum nobis manifeſtiorem, Burchlechnerus citatus à Comite Prandeis in ſua Aquila Tyrolenſi, à GOTTSCHALCO de CAGNO deducit; & ab hoc ad MAINHARDUM Comitem Tyrolis ejusq; ſucceſſores Auſtriæ Archi-Duces devolutam ſcribit.

Vixerant jam tunc ante trecentos annos Illuſtriſsimi de THUN à nobiliſsimarum Familiarum parentelis, Principum ſervitijs, & divitiarum magnitudine POTENTES nuncupati, qui tam extraordinariâ jurisdictione pollebant (uti ex atteſtatione Illuſtriſsimorum Procerum Comitatûs Tyrolis in principio Libri allegatâ oſtendi poteſt) ut *conſimili jure aliorum in hac Regione Procerum ſeu Magnatum nullus gaudere reperiatur.* Præ-



J. de Rossi del:

M: Rinola sculp:

IVRISDICTIO CASTRIFVNDI ET ARSII.

Præfatis Dominis de THUN in principio ſæculi 1400. Sereniſsimi Archi-Duces Auſtriæ præclariſsimorum meritorum intuitu, præmij locô hanc jurisdictionem primis annis, ſimplicis in modum pignoris, poſtmodum autem eorum meritis inceſſanter creſcentibus, in pignus venditium clementiſsimè conſignârunt. Extendit ſe hæc Jurisdictio ad varia Oppida, Villas, Caſtella aliásque complures poſſeſsiones, cum Tridentino Principatu cõmixtas. Principaliorem in hoc territorio locum obtinent duo Caſtella, quorum unum quatuor turribus angularibus elegantiſsimè munitum VIGNEA appellatur, & ad Excellẽtiſsimi hujus Libri MECOENATIS allodialia bona ſpectat: alterum verò CASTELFUND nuncupatur, in quo Reſidentia, & tam civilium quàm criminalium cauſarum forum eſt. Sævijt in hanc fabricam ante viginti & aliquot annos immitis Vulcanus, & penè totam in cineres redegit, illam tamen per tempeſtivam & neceſſariam reparationem à totali ruinâ vindicare conceſſum eſt.

Jurisdictionis Caſtrifundanæ Præſes eſt Territorij Capitaneus, cum ampliſsima poteſtate & plenipotẽtia inſtructus, ad quem etiam Jus Appellationis adpertinet. Huic ſuccedit Judex ſeu Vicarius in utroq; Jure verſatiſsimus, & potiſsimùm Doctorali Laureâ condecoratus, qui etiam ſimul primæ inſtantiæ competens caput repræſentat, reſervato Jure Tertiæ inſtantiæ ad Excellentiſsimum Regimen Oenipontanum. Hunc ſequuntur ſuis quisq; ordinibus, Procurator Caſtri, Cancellarius inſigniter privilegiatus, Notarius &c. qui omnes junctô ſibi non modicô clariſsimorum J. U. Doctorum, tanquam Advocatorum numerô, hoc Forum percelebre reddunt. Excellentiſsimus præſentis Libri Mecænas horum Jurium Patronus eſt, unde etiam Dominus Jurisdictionis Caſtrifundi & Arſij intitulatur: cui ut longævam poſſeſsionem benigni Cælites largiantur animitus precor.

Porrò quod Jus Patronatûs Capellæ S. ROMEDII in Valle Annania concernit: illud ad Illuſtriſsimam Familiam Thunianam temporibus Illuſtriſsimorum Dominorum CHRISTOPHORI & BERNARDINI de THUN pervenit: cùm enim præfatæ Capellæ annui reditus non niſi ad 24. florenos aureos Cameræ aſcenderent; illi eandem ex proprijs bonis, alijs 12. florenis aureis annuè, pendendis, liberaliter locupletârunt; unde etiam à LEONE X. prænominatis Dominis benefactoribus Jus Patronatûs in dictam Capellam conceſſum eſt, & ſic facti ſunt Capellæ Sancti ROMEDII Patroni, & illius ſacrarum Reliquiarum Theſaurarij.

Caudete fortunati Comites de THUN quod in fundo veſtro tam pretioſæ Reliquiæ reſerventur. Habetis Theſaurum omni pretio Superiorem; Divus enim ROMEDIUS ad aſtra translatus, factus eſt *Lapis pretioſus Jeruſalem cæleſtis*, & Vobis omnibus gemmis cariores corporis ſui exuvias reliquit. Habetis quoque in Beatiſsimi Viri oſsibus potentiſsimam contra inimicos armaturam, Vobis præſtò ſunt formidanda hoſtibus tormenta bellica, quia de S. ROMEDIO dici poteſt: *Oſſa ejus velut fiſtulæ æris.* Eſtis Capellæ S. ROMEDII devotiſsimi Patroni in terris, ille verò potentiſsimus Veſter Patronus in cælis eſt. Illuſtriſsimæ ergo Domui Veſtræ de THUN ſolatio ſit ſequens anagramma, quod ſuggerit ROMEDIUS, videlicet;

Apoc. 18.

Job. 40.

IRE DOMUS.

Latentem ſenſum ſequentibus explico verſibus.


In terris Domus eſt de THUN Patrona Capellæ
ROMEDII, in cælis ille Patronus adeſt.
Sanctô ROMEDIO, pro THUN orante Patronô
Hæc vetus ad finem non valet IRE DOMUS.

Expla-


1




2



3



4



part: 2. pag: 29.

Iconiſmus XVII.


5



6



7



8



J: de Roſſi del:

Iconismus XVIII. part: 2. pag: 29.

M: Rivola ſculp.

Explanatio Figurarum Iconiſmi XVII. & XVIII.

SUb feneſtris ovalibus Capellæ, compedibus vincti, & catenis conſtricti exhibentur præcipui hæreſiarchæ, quorum impia dogmata & funeſtos exitus illis ſubjecta exprimunt emblemata, ſequentibus verſibus à ſuprà memorato Illuſtriſſimo ac Literatiſſimo Antiſtite, tanquam illorum authore explanata. Primus eſt Arius damnatus à Concilio Nicæno, quem repræſentat venenatus bufo diſruptis viſceribus crepans, cum hac inſcriptione:

Dum negat æqualem Natum bufo iſte Parenti
In Latrina ejus viſcera diſpereunt.

SEcundus eſt Simon Magus à Petra Eccleſiæ in Actibus Apoſtolorum proſtratus; quem denotat Draco volans fulmine in terram dejectus. Huic correſpondet talis inſcriptio:

Hic Draco dum volitat, ſacrum Flamenque venale
Dum petit à Petro, fulmine dejicitur.

TErtius eſt Huſsius in Concilio Conſtantienſi rogô adjudicatus, quem in flammis exprimit Salamandra hac adjuncta inſcriptione:

Diſtribuit Laicis Calicem dum mordicus iſte
Opportuna ſuo fit Salamandra rogo.

QUartus est Hieronymus Pragensis in eodem Concilio similiter ad flammas damnatus, quem indicat Vespertilio hâc notatus inscriptione:

Involat ultrices hic vespertilio flammas,
Unâ sub specie dum negat esse DEUM.

QUintus est Nestorius in Chalcedonensi Concilio & Ephesino anathematizatus, quem significat tigris, cujus protensa lingva vermium corrosione absumitur, quod declarat sequens inscriptio:

Hæc blasphema DEI Matrem negat esse MARIAM
Tigris, & in lingva vermibus ulta perit.

SExtus est Manes à Concilio Quarto Lateranensi anathematis fulmine percussus, quem denotat sylvestris aper in vinea Domini à canibus laceratus, qui sequenti inscriptione perstringitur:

Ecclesiæ exstirpans uvas aper hic laceratur
A canibus, geminos dum putat esse Deos.

SEptimus est Lutherus, cujus crassissimæ, & temulentæ hæreses à Concilio Tridentino everſæ sunt. Illius symbolum agit corvus in rapido gurgite submersus, adjunctis sequentibus versibus:

Corvus hic extinxit flam̃as, animásque negavit
Purgari, & Bacchi gurgite mersus obit.

OCtavus est Calvinus, quem indicat spurcissimus porcus à pediculis devoratus, qui similiter à Concilio Tridentino condemnatus est. Latentem sensum prodit talis inscriptio:

Arbitrium liberum dum porcus denegat iste,
Cum multis pedibus vermibus esca datur.

Con-

Sacelli facie.

Delinâtio
Sacelli S: ROMEDII Comitis â
Thaux, Anachoretæ, Vallis Anna
niæ in Diœcesi Tridentina Apostoli,
quod in monumentū pietatis Illu
strissimus ac Excellentissimus

Meridionalis.

part: 2 pag: 33.

INTERNET ARCHIVE

The Getty

foldout/map
not digitized

Continuatio Descriptionis Sacelli S. ROMEDII.

HActenus imagines, figuras historicas, & Symbola in splendidissimo hoc Sacello contenta elucidavi, nunc ipsius fabricæ prosequor descriptionem. Et quidem, quòd laterales Capellæ parietes attinet, illi artificioso opere, ad similitudinem columnarum, vite eas cum pampinis, & uvis suis circumplectente condecorati sunt. Inter racemos aligeri Pusiones diversis gestibus ludunt, & puerilem petulantiam scitè imitantur. Insistunt illæ basibus lapideis artificiosâ massâ tam eleganter incrustatis, ut nigrum marmor albis distinctum maculis ad vivum exprimant, & non tantùm curiosos oculos, sed etiam curiosè explorantis manum (postquam error innotuit) cum gustu fallant. Per gyrum Capellæ sex numerantur Oratoria, quorum duo priora summo Altari vicina augendæ lucis, & decoris causâ exstructa, hujus regularis fabricæ sunt accessoria. Quatuor reliqua Herili devotioni cum summa commoditate peragendæ inserviunt; nam ad illa ex intimis Herilibus cubiculis immediatus patet accessus. Supra introitum Capellæ situs est Musicorum Chorus, Organô resonantissimô pro capacitate loci instructus. Tandem à summis ad ima descendendo, ingentem splendorem Sacello addunt tria sumptuosa Altaria, quibus decenter exornandis nec artifex industriæ, nec Excellentissimus Fundator expensis pepercit.

Summum Altare versùs meridiem situm, arte statuaria affabrè elaboratum, potiore sui parte cæruleo colore imbutum, & Indicâ vernice obductum est, quæ tantum splendorem huic operi conciliat, ut pulchritudinem lapidis Lazuli æmuletur. In reliquis ornamentis & projecturis hoc splendidîssimum Altare Aurô obryzô in bracteolas ductô vestitum, & dives est.


Imago, quæ capacitatem Altaris implet, ex una parte ſpectandum exhibet Sanctum ROMEDIUM, ursô ſarcinularum ſuarum bajulô comitatum; Ex altera verò energumenos, ex quibus Vir Sanctus peſsima ejicit dæmonia. Hanc iconem excellentis pictoris manu venuſtiſsimè efformatam, & non vulgari pretio comparatam Celſiſsimus Princeps JOANNES ERNESTUS, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, hujus Sacelli Pientiſsimus Conſecrator pro augenda ſummi Altaris magnificentia liberaliter donavit. Coronidis locô illi impoſitum eſt ſcutum ſplendidiſsimum hanc continens inſcriptionem:

Sacra DEI muros *inter translata Patroni*
Lypſana, De Facto *cum Conjuge ſtructor honorat.*

In his verſibus ROMEDIUS ſuggerit anagramma DEI MUROS, & per ly DE FACTO ad nomen de THUN Illuſtriſsimus Fundator alluſit. Supra Altare in ſuperficie muri expreſſæ conſpiciuntur binæ Geniorum effigies Gentilitium Sancti ROMEDII inſigne tanquam Comitis de THAUR ſuſtentantium. His ſubjecta legitur ſequens inſcriptio:

Clarus in inſigni, ſed Signis clarior extat.

Tabulæ Altaris inſiſtit ſplendidum Sacrarium, in quo Auguſtiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum argenteo Ciborio clauſum aſſervatur. Structura hujus fabricæ adjunctis elegantiſsimis additamentis juxta longitudinem Altaris porrigitur. Tabulata illius cæruleo colore ſunt ſaturata, ornamenta verò ex diverſis Termitibus, floribus, fructibus, & Aligeris compoſita, valde curiosâ inventione à peritiſsimo artifice ex ſtanno Anglicano ità ſunt elaborata, ut ex Officina Aurifabri prodijſſe credantur. Diebus autem Solemnioribus, quibus Sacro Sanctæ Evchariſtiæ Sacramentum in argentea Monſtrantia præſentiæ copioſi populi adorandum proponitur, pro majori ſplendore adhibetur ſumptuoſum Tabernaculum ex argento



Sacelli facies Orientalis.





foldout/map

not digitized

gento finiſsimo probæ Auguſtanæ conſtans, & pondus quinquaginta ſeptem Marcarum adæquans. Fabrica illius quatuor columnis comprehenditur, quarum baſes ex fuſo argento conſtant; & ipſa columnarum corpora pellucidam Saphyrum æmulantur, epiſtilijs autem illarum itidem ex argento fuſo quatuor inſident Angeli, grandiuſculam coronam Imperatoriam apici Monſtrantiæ imminentem ſuſtinentes. Totum hoc præclarum opus aurô gemmisque factitijs tam eleganter eſt ornatum, ut ſplendori illius par in vicinis Provincijs rarò inveniatur.


Summo Altari in ſplendore impares non ſunt binæ laterales Araæ, quarum una B. V. Auxiliatrici Paſſavienſi ſacra eſt, cujus ectypon ex prototypo adeò ad vivum depictum eſt, ut ab unius artificis manu proceſsiſſe credatur. Hanc piâ amabilitate pleniſsimam imaginem unâ manu ſuſtinent, & alterâ Imperiali diademate coronant gemini altioris ſtaturæ Aligeri, complurибus minoribus Genijs inter nubes Divæ Virgini famulantibus. Totius hujus Altaris fabrica unà cum radijs infernè diffuſis, quibus implicita ſe in gyros agit ſcheda argentea cum inſcriptione: PROFER LUMEN CÆCIS. Tam ſumptuosè deaurata eſt, ut eidem ad ſplendorem nihil deeſſe poſſe videatur. In eodem Altari devotioni Fidelium veneranda exponitur ſtatua Beatiſsimæ Matris Doloroſæ, quæ in pretioſiſsima, argenteis phaleris ac projecturis, nec non verſicoloribus gemmis ornata, & ex Ebeno fabrefacta ſella ſplendidiſſimè reſidet. Ornatus illius in aureis torquibus, annulis, gemmis, ac unionibus conſiſtens, notabilis ſummæ pretium adæquat. Pretioſiſsimum hoc ab irrememorabili tempore Familiæ Thunianæ cymelium, & quaſi ſacrum Palladium eſt, cujus intuitu complures gratiæ eidem cælitùs obvenerunt. Ex lateribus hujus Altaris non pauca ſpectantur ex puro argento devotæ gratitudinis anathemata ab illis religiosè appenſa, qui ope hujus Marianæ Iconis ſanitatis perditæ reſtitutionem, & diverſas alias gratias à

DEO obtinuerunt. Neque ſolo temporali, ſed etiam ſpirituali theſauro præfatum Altare dives eſt, ſingulis enim diebus ſabbatinis Chriſti Fidelibus, qui coram illo Beatæ MARIÆ Virginis Litanijs recitandis, vel decantandis interſunt, centum dierum Indulgentiæ ex Theſauro Eccleſiæ diſpenſantur. Præterea Excellentiſsimus Dominus Comes ROMEDIUS ferventiſsimum promovendi Mariani Cultûs & Catholicæ devotionis zelum luculentiſsimè demonſtravit, dum anno 1695. de conſenſu Sedis Apoſtolicæ, ad hanc Privilegiatam Aram Confraternitatem Sanctiſsimi Roſarij erexit, ope cujus tam opulentum conqui-
Iſaiæ. 2. ſivit ſpiritualium gratiarum gazophylacium, *ut non ſit finis theſaurorum ejus.*

Te hìc alloquor Comes Excellentiſsime! per devotionem Mariani Roſarij ſacras roſas plantâſti, unde Tibi promittere audeo: *quidquid calcaverit pes tuus, roſa fiet.* Bonum præbet omem Tuum Nomen ROMEDIUS: nam anagrammaticè ID ROSEUM Altare, ſeu Roſetum Marianum promittit. MARIA *quaſi plantatio Roſæ in Jericho*
Eccli. 24. Te in perpetuo Majo conſervabit, *dum Roſei* anagrammaticè ex Tuo nomine fluent dies, & florida tempora. Erigendo Sodalitium Marianum plurimos Beatiſsimæ Virginis Cultores conſcripſiſti, ac optimô alijs prælucens exemplô Nomen Tuum Albô Marianô inſcripſiſti, piè igitur ſperandum habes, pariter Nomen Tuum Aureis majusculis tanquam Rectoris ſcriptum fuiſſe *In Libro Vitæ.*

Progredior nunc ad alteram lateralem Aram Divæ BARBARÆ Virgini & Martyri dedicatam. In illius ſupremo culmine ſingulæ Sanctiſsimæ Trinitatis Perſonæ ab artificioſa manu elaboratæ eminentiſsimum locum occupant. In medio Altaris ſita eſt Imago ſanctæ BARBARÆ ob picturæ elegantiam notabili pretio comparata. Latera hujus iconis claudunt cœlô devolantes Angeli, Defunctorum animas ex piacularibus flammis in ima Altaris parte eripientes. Potiſsima illius ſtructura non parcâ manu aurô

Brazzai
2
3
4
5
6



Sacelli facies Occidentalis.





foldout/map

not digitized




rô obducta refulget, ità ut ornatiſsimæ Capellæ non modicum addat ſplendorem. Hæc elegantiſsima Ara pariter theſauro ſuo non caret, gaudet enim notabili parte Reliquiarum S. BARBARÆ Virginis & Martyris, quæ in affabrè elaborata Lypſanotheca (cui argentea ejusdẽ Sanctæ Statua inſiſtens pretiũ addit) incluſa reſervatur. Dicta Altaria ad latus ſita ſubſequuntur quatuor altioris amplitudinis portæ eodem artificio cum baſibus columnarum nigro marmori aſsimilatæ. Illa, quæ juxta Altare S. BARBARÆ conſpicua eſt, herilibus perſonis ex terreno cubili ad Capellam introïtum pandit, eâ commoditate, ut ſi illis libuerit, ſolis recluſis januis intra cubile exiſtentes per eandem Divina Officia in Sacello peragi ſolita, ſinè obſtaculo obſervare poſsint. Ex oppoſita parte correſpõdet conſimilis porta, intra cujus cavitatem Confeſsionale cernitur ſacro Tribunali pœnitentiæ deputatum. Reliquæ duæ portæ aditum aperiunt ad bina rerum Sacrarum repoſitoria. Primarium illorum in ſplendore à Capella ſua non deficit, ſed revera tanquam acceſſorium ſuum ſequitur principale, adeoque inter elegantiores Regni Bohemiæ ſacriſtias meretur connumerari. Illius fornix artificioſo cæmentarij labore exornatus, triade imaginum condecorata, quarum grandior (quæ ſacriſtiæ meditullium occupat) Beatiſsimum S. ROMEDII è vita decedentis agonem repræſentat. Spectantur in illa Angeli, palmam cum corona Victori fortiſsimo deferentes. Et ſanè glorioſus victor fuit ROMEDIUS, qui per belliſsimas tentatus mulieres, non fuit imbellis miles, ſed in hoc Bello non bello, de arcu & ſagittis Cupidinis triumphavit. Victor pecuniæ fuit ROMEDIUS, licet enim teſte Eccleſiaſte *pecuniæ obediant omnia*: nihilominus liberaliſsimus Eleemoſynarius illi genero ſè rebellavit, & eandem ad manus pauperum tanquam ad exilium relegavit. Victor fuit mundi ROMEDIUS, quem pedibus conculcavit, & tandem (quæ maxima eſt victoria) victor ſui ipſius. Proinde de Beatiſsimo Viro ve- *Cap.* 10.

Cap. 1. rificatum fuit illud ex Jacobo Apoſtolo elogium: *Beatus Vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam repromiſit DEUS diligentibus ſe.*

In extremitatibus Sacriſtiæ depicta cernuntur campanarum in morte S. ROMEDII ſponte ſonantium, & Angelorum pro tumulando illius corpuſculo ſepulchrum parantium miracula: de quibus cùm parte 1. pagina 141. jam actum ſit, plura ſcribere ſuperſedeo. Infra fornicem per circuitum ſpectantium oculos oblectat Imago Salvatoris noſtri cum duodecim Apoſtolorum Collegio, quorum ſingulorum effigies famoſus penicillus CAROLI SCRETÆ, Bohemiæ Apellis artificiosè expreſsit. Lateralium parietum ſuperficiem peritus Arcularius quernis tabulis affabrè contexit. Porrò tribus hæc Sacriſtia inſtructa eſt. majoribus armarijs, quorum maximum ſervandis longioribus ſummi Altaris antipendijs deputatum, etiam Sacerdotibus ad Miſſæ Sacrificium acceſſuris pro aſſumendo Sacro ornatu inſervit. Huic reconditorio ſuperſtructa ſunt diverſa Scrinia & Arculæ, ſèris ſuis munitæ, quibus argentei calices, & pretioſa Monſtrantia cum Ciborio, nec non reliqua ad Sacrificium Miſſæ pertinentia cuſtodiuntur. Reliqua ſupereminentis parietis nuditas egregijs ornamentis, & parergis manu periti Scriniarij ſculpturatis, & Imaginem Nativitatis Dominicæ ambientibus eſt veſtita. Ex illius utraque parte grandiores feneſtræ lumen diurnum copiosè admittunt. Alterum reconditorium eſt Sacrorum Paramentorum (ut ità dicam) veſtiarium. In illius ſuperiore parte plurima reperiuntur pro appendendis Caſulis, & Planetis ſuſtentacula, eâ dexteritate conſtructa, ut in vertebris ſuis nullo penè negotio hinc inde gyrentur, ac conſequenter neceſſarius pro qualitate feſti, & Divini Officij ornatus absque tædio quærentis facillimè reperiri poſsit.

Ultra profusã Excellentiſsimi Domini Fundatoris circa





ca Divina liberalitatem Illustrissima Conjunx BARBARA FRANCISCA Nata Comitissa de SALM, matrimonialium virtutum speculum, & compendium pietatis, Divino cultui addicta, huic Sacello de Casulis seu Planetis & Pluvialibus non tantùm sufficienter, sed etiam abundanter piâ largitate providit. Hæc Sacerdotalia ornamenta non solùm ex vulgari constant materia, sed etiam complura ex illis aurô & argentô intertexta, ac opere Phrygio, divite acu, aurô picta reperiuntur. His per omnia correspondent Altarium antipendia consimili splendore fulgentia. In parte inferiore hujus repositorij asservatur lineus Altarium ac Sacerdotum Divina peragentium apparatus. Albæ utì & Rochetta cum superpelliceis ex tenera sindone confecta, limbis venustè intercurrentibus distincta, ac sumptuosis fimbrijs exornata, summam præseferunt munditiam. Verbô, de lineis Sacerdotum, Ministrorum, & Altarium paramentis adeò Capellæ provisum est, ut pro qualitate Sacræ ædis nihil amplius possit desiderari.

Tertium Armarium in Superiore scrinio custodit argenteas lampades, thuribulum, candelabra, ampullas, urceolos, & reliquam Sacram ex argento suppellectilem. In inferiore autem reconditorio asservantur minora lateralium Altarium antipendia. In medio Sacrarij situs est focus (vulgò caminus Italicus) ad arcendam frigoris vehementiam accomodatissimus. Superiorem muri partem contegit CHRISTI in Cruce exspirantis elegans imago, ad devotionem animi excitandam opportuna.

Inter reliqua nitidissimæ hujus Sacristiæ ornamenta eximium eidem decorem conciliat elegantissimum lavacrum, magnitudine & pulchritudine excellens, ac opus verè singulare. Totum illius corpus ex stanno finissimo argenti æmulo nitidissimè est constructum. Superior illius pars conchæ deauratæ assimilatur: inferior autem dimidiati cylindri formam gerens, speculi instar

tam nitidè politum eſt, ut ſpectantium oculos ſplendore ſuo feriat, & res in Sacriſtia exiſtentes repræſentet. Ex umbilico lavacri caput leoninum aureo colore tinctum ex hiante rictu, apertô epiſtomiô undas in ſubjectam pelvim eructat, & Sacerdotibus manus abluentibus mundam aquam ſubminiſtrat. Denique in hac valde ſumptuoſa Capella & ſplendidiſsima Sacriſtia, nihil habet invidus oculus, quod ſugillet, bene autem avarus animus invenit, quod concupiſcat, & de tam pïa Fundatoris liberalitate tenax Evclio ſordidè doleat.

Porrò introitus Capellæ duplici porta munitus eſt. Interior quæ capacitatem illius reſpicit, eſt tota ab imo uſque ad ſummum è ſolidis clatris ferreis vario & venuſtiſsimo opere ductis fabrefacta. Inter hanc & exteriorem portam atrium ſacelli ſitum eſt: janua exterior ex ligno querno affabre elaborata, in fronte præfert gentilitia Illuſtriſsimarum Familiarum de THUN & SALM inſignia. Ante portam in Capellæ frontiſpicio duæ grandioris molis columnæ ſuſtinent podium lapideis cancellis à perito latomo munitum. Tandem ut ab infimis ad ſumma, ex terra ad Cœlum aſcendam: tectum hujus fabricæ ferreis laminis veſtitum eſt, cui pro coronide impoſita cernitur effigies S. Romedij, quem Urſus comitatur, cui ego hanc ſubjicio inſcriptionem:

Hoſtem Sancte Comes procul hinc Tuus urgeat Urſus,
Ac omne à Choltitz arceat Arce malum.

Deſcripſi rudi calamo Capellæ S. ROMEDII elegantiſsimam fabricam à Summo tecti culmine uſque ad infimum limen portæ. Extra Sacelli ambitum progreſſus januam clauſi, æquum igitur eſt, ut pariter meam claudam deſcriptionem.

Claudo, & laudo Illuſtriſsimum ac Excellentiſsimum FUNDATOREM, illique omnia proſpera & fortunata omi-

ominor. Ad hoc præſtandum me animant complura bene ominoſa anagrammata oraculis Delphicis veriora. Quæ licèt non ſint ex Tripode Appollinis prolata, ſunt tamen ex ſequenti fortunato Programmate deſumpta.

Romedius è Comitibus de Thun.

Finaliter igitur Te alloquor *Illuſtriſſime ac Excellentiſſime Domine Comes.* Exſtruxiſti Oratorium & Domum orationis; confidenter itaque in illa Divinam taliter ora Majeſtatem. Benigniſsime DEUS, qui bonorum remunerator es, reſpice ad Capellæ muros, in honorem Nominis Tui & S. ROMEDII exſtructos, ac illorum intuitu Sanctam Tuam mihi largire benedictionem. Effice * *UT HODIE SIM MURO BENEDICTUS.* A Te procedit omnis benedictio. * *DUM VIS BENEDICTUS ERIT HOMO.* Benedic igitur mihi & Filio meo, ſicut benedixiſti Abraham & Iſaac. Benedic mihi * *UT SIM DIU RE BENEDICTUS.* Et Te benedicam in ſæcula.

* *Aſſeriſci deve-nient anagrammata ſuperioris programmatis.*

Adjungo etiam preces meas tanquam indignus quondam Sacelli S. ROMEDII Capellanus. O Liberaliſsime DEUS, apud quem nemo perdit mercedem ſuam, qui bonis operibus præmiũ promiſiſti, & promittendo ſponte factus es *Debitor* Creaturæ; apud te enim fideliſsime DEUS omne promiſſum cadit in debitum. * *SI HOC DEBES DOMINE VIRTUTUM:* Te ſuppliciter exoro, ut pientiſsimo hujus Capellæ Fundatori conferas præmium temporale, & æternum. Largire illi proſpera tempora in terris. * *HIC SINE MORBO DIU MUTET* annos & ſæcula, & nunquam in deterius mutetur. Firmiſsimè ſpero, quod Famulum Tuum ROMEDIUM uſq; ad decrepitam ſenectutem * *OB VIRTUTEM HOMINIS DEDUCES.* Non tangat illum tormentum mortis * *IMO HUNC JUSTE DEBET MORS DIU* illæſum conſervare, ut gratiâ Tuâ ſuperſtes diu permaneat, unico

 Filio

Filio ſuo firmamen, Conjugi ſolamen, ſubditis tutamen, pauperibus juvamen, Amen.

Bene ſpera *Comes Excellentiſſime.* Non tantùm audiet, ſed etiam exaudiet Dominus fuſas preces. Solatio Tibi ſit optatiſsimum anagramma, quo DEUS votis Tuis reſpondet, quaſi diceret: * *HUIC DEUM TIMENTI ORBES SUBDO.* DEUS Tibi utrumque orbem tam
Geneſ. 27. terreſtrem, quàm Cæleſtem ſubdet, quia *de rore Cæli, & pingvedine terræ erit benedictio Tua.* De Te cum admira-
Pſal. 127. tione proclamabitur. *Ecce ſic benedicetur Homo, qui timet Dominum.*

Quia verò benedictio Patrum etiam deſcendit in filios (nam in ſemine Abrahæ benedictæ ſunt omnes gentes) ad Illuſtriſsimum Dominum Juniorem ROMEDIUM, re & nomine SECUNDUM me converto. Eſt ille per Lineam maternam tenerrimus ex magno Flumine de SALM piſciculus. In hunc Illuſtriſsimũ Juniorem utriuſque glorioſiſsimi ſtemmatis nobiliſsimus ſangvis confluxit; unde rectè illi applicari poteſt hoc Sapientiſsimi
Prov. 17. mortalium oraculum: *Gloria Filiorum Patres eorum.* Quod ut luculentiſsimô comprobem teſtimoniô, in præſenti adjecta tabula, Illuſtriſsimam illius puriſsimæ Nobilitatis produco Genealogiam, & ſequentibus votis per Anagrammata, ex programmate ROMEDIUS deſumptis, meam termino ſcriptionem. Fiat Illuſtriſsimus Domi-
Geneſ. 35. nus Junior BENIAMIN, id eſt *Filius dexteræ*, vel potius Ambidexter. Verificetur de illo hæc Regis Salomonis ſententia: *Longitudo dierum & anni vitæ in dextera ejus, in Siniſtra autem ejus divitiæ & gloria.* Nunquam fiat *Benoni* id eſt *filius doloris*: ſed jucundiſsimus *Iſaac*, de cujus felici
Geneſ. 21. nativitate lætata Sara Mater in hæc verba erupit: *Riſum fecit mihi DEUS, quicunque audierit corridebit mihi.* Cor-
** Aſteriſci Anagrammata denotant.* reſpondet voto meo ROMEDIUS, hoc Anagrammate: * *RISUM EDO.* Et rectè riſum facit Excellentiſsimis paren-

parentibus ſuis, qui in illo ſummum habentes ſolatium cum gaudio exclamant: * *O RIDEMUS*! Non ſolùm illis, ſed etiam ob virtutes ſuas Summo Numini placens ROMEDIUS facit * *RISUM DEO*. Proinde Divina Clementia Illuſtriſsimi Junioris vota clementer exaudiet ita precantis. O! * *MEDIUROS* cæleſtis benedictionis fœcundet, ut pro conſervatione meæ Lineæ & ſtemmatis * *DIU MIEROS* & egregios * *DEM VIROS*, & de Poſteritate mea * *DIU SERMO* habeatur. Bene ſpera Illuſtriſsime Domine Junior! Ut enim hæc vota eveniant ego indignis meis precibus ità Divinam imploro Majeſtatem * *O SIDERUM* Conditor DEUS hanc unicam Excellentiſsimorum Parentum gemmulam conſerva, ut per plurimas annorum revolutiones ſalva, & incolumis perſeverans exclamare valeat * *DURO MEIS*!

Vide meanſtruſsim Anagramma.

Duret diutiſsimè ſanus, & ſoſpes ROMEDIUS,
nec niſi poſt multa ſæcula illum permittat * DEUS MORI.

Ad Illuſtriſſimum Dominum Juniorem Comitem

ROMEDIUM SECUNDUM.

NOmine ROMEDIUS, Tu diceris eſſe SECUNDUS,
Nomine non ſolo, Re quoque talis eris.
Quando Te facient clementia ſidera *Primum*,
Tunc etiam fauſtâ ſorte *ſecundus* eris.
Quid prodeſt *primum* ſi non juvat eſſe *ſecundum*?
Plurima præ *primo* jura *ſecundus* habet.
Admiranda favet ſemper fortuna *ſecundo*,
Qui fuerit felix, ille *ſecundus* erit.
Ergo ROMEDIUS feliciter eſto *ſecundus*,
Non ſolum *nomen* ſed ſimul *omen* habe!

VOTA CHRONOGRAPHICA AUTHORIS.

I.

Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Dominum, Dominum

ROMEDIUM CONSTANTINUM,

Comitem de THUN.

VIVat NestorIIs eXCeLLentIssIMVs annIs,
ILLI ContInVò prosperа CVnCta fLVant!

II.

Ad Illustrissimam & Excellentissimam Dominam, Dominam

BARBARAM FRANCISCAM

de THUN, natam Comitissimam de SALM.

annIs InnVMerIs ter feLIX Barbara VIVe!
barbara non noCeat sors tIbI, VIVe DIV!

III.

Ad Illustrissimum Dominum, Dominum

Juniorem ROMEDIUM secundũ

Comitem de THUN.

obseqVIosa tIbI MIrè fortVna faVebIt,
In terrIs feLIX, atqVe seCVnDVs erIs.

IV.

Ad totam Illustrissimam Triadem

fILIVs, atqVe Pater, GenItrIX qVoqVe Barbara VIVat!
Ista sIt & Maneat ter beneDICta trIas.

Est

Eſt dulce Amici res videre proſperas.

Comicus Græcus.

Admodum Reverend. Religioſo, Venerabili & Doctiſſimo Patri

AMANDO FRIE-DENFELS,

Sacri Ordinis Præmonſtratenſis Regiæ Eccleſiæ Montis Sion (vulgò Strahow.) Canonico, & in celeberrimo Archi-Epiſcopali Collegio Pragenſi per quinque curſus Philoſophicos olim Profeſſori fundatiſſimo, nunc emerito, Vitam S. ROMEDII doctè non minus quàm Sanctè ſcribenti, & in publicam lucem plauſibiliter edenti, aggratulabundus applauſit infra ſcriptus

Amicus.

Cum Sancto Sanctus eris. Pſal. 17.

De Sancto ſanctè diſcurris, ſcribis Amande,
An tua mens ſancta eſt, an tua ſancta manus?
Si tua mens humilis prohibet Te dicere *ſanctum*:
At doctrina tamen Te probat eſſe *Virum*.
Scriptor de Sanctis, qui ſanctè plurima ſcribit,
De Sanctis aliquid participare ſolet.

Aliud.

Programma

AMANDUS.

Anagramma

AD NASUM.

Dum ſtemma *Eximijs* de THUN conceptibus ornas
Eximius ſcriptor nonne vocandus eris?
Quando *magnificas* Magnatum nomina, quòd ſis
Magnificus Rhetor nemo negare poteſt.
Quando malos mores tua pungit ſcriptio, multos
AD NASUM calamô tangis Amande tuô.

 Aliud

Aliud.

De Authore Gloriam Illuſtriſsimæ Domus de THUN *ſcribente.*

Laudemus Viros Glorioſos. Eccli. 44.

MAgnorum Comitum magnalia ſcribit Amandus,
Scribere de magnis non niſi magna poteſt.
Hoc ſolum miror, quòd parvus corpore Scriptor,
Non magnô claudat maxima geſta librô.
Plus facit hic Author, quàm ſi prægrandis Homeri
In nuce famoſam clauderet Iliadem.

Alluſio ad nomen & cognomen Authoris

AMANDUS
Friedenfels/

NUlla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes,
Non bellum, ſed pax ſemper AMANDA placet.
Suavis, AMANDE geris cognomen amabile PACIS,
Excludis Martem, Pacis Oliva placet.
Efficiunt charum Te Nomen & Omen AMANDI,
Bella gerant alij, Tu PETRA PACIS eris.

Genuinus ego ſum amicus, & amicum ut amicum novi.
Antolog: Græc: l. 1. c. 85.

Ita Sincerus Amicus,
Amico, amiciſſimè applaudit.

JOANNES IGNAT: FRANCISC: VOITA,
de Nigra Sylva, Philoſophiæ & Medicinæ
Doctor.

AUTHO-

AUTHORI INGENIOSISSIMO

Glorioſum Sanctum

ROMEDIUM

deprædicanti,

& Glorioſam Familiam de THUN laudibus efferenti,

Nec non morales digreſſiones in Lucem edenti.

DIvi ROMEDII dum vitam ſcribis Amande,
Laudèque *Thuniadum* fers ſuper aſtra Genus,
Quidquid & adjungis fugiendum, quid faciendum,
Stemmatis eſt ingens, ſed Tua fama ſimul.
Tanta ſtupens digitum*AD NASUM tibi Mome repone,
Et*DA captivas Zoile victe*MANUS.

*Denotat anagrammata ex Programmate Amandus.

Carmen Cabaliſticum

Pro Anno 1699.

Claruit, æternum Tua Fama virebit Amande.

PROBA.

C	3	Æ	6	T	100	V	200	A	1		
L	20	T	100	V	200	I	9	M	30		
A	1	E	5	A	1	R	80	A	1		
R	80	R	80	F	6	E	5	N	40		
V	200	N	40	A	1	B	2	D	4		
I	9	V	200	M	30	I	9	E	5		
T	100	M	30	A	1	T	100				
413		461.		339.		405.		81.			

Summa Totius.

413.
461.
339.
405.
81.

Annus 1699.

m

Ita Cordetenus vovet Servorum obſequentiſſimus, & olim condiſcipulus

Joannes Chriſtophorus Zbudovsky de Eberberg Tabul: Regni Bohem: Regiſtrator.

SYNOPSIS

Eorum quæ in hoc Libro continentur.

IN PRÆLIMINARIBUS.

Dedicatio Operis.
Præfatio ad Illuſtriſsimam Familiam de THUN.
Ad Benevolum Lectorem.
Cenſura Operis, & licentia imprimendi.
Epitome Vitæ S. ROMEDII.
Proteſtatio Authoris.
Ejusdem ſubmiſsio erga S. Matrem Eccleſiam.
Elegia ad S. JOANNEM NEPOMUCENUM.

S. ROMEDIUS.

Homo Nobilis. - - pag. 1.
Bonus Miles Chriſti. - pag. 10.
Pater Pauperum. - pag. 20.
Peregrinus coram Domino. - pag. 38.
Prædicator, & Apoſtolus. - pag. 52.
Inimicus Mundi, amicus DEI. - pag. 67.
Chriſto confixus Cruci. - pag. 87.
Pelicanus Solitudinis. - pag. 106.
Architectus ſapiens. - pag. 120.
Homo DEI. - - pag. 136.

Illuſtriſsima DOMUS de THUN.

Domus Cedrina.
Domus Fortium.
Domus Aurea.
Domus Aaron.
Domus Sapientiæ.
Domus Proficiens.
Domus Præclara.
Domus Sanctificationis.
Domus Domini.
Domus Æternitatis.

Gloria Thunianæ nobilitatis. pag. 4
Gloria Militaris Domûs Thunianæ. pag. 13
Gloria Beneficentiæ Thunianæ. pag. 24
Gloria Eccleſiaſtica Domûs Thunianæ p. 43
Gloria Sapientiæ Thunianæ. pag 56
Gloria Politica Domûs Thunianæ. pag. 72
Gloria Crucis in Domo Thuniana. pag. 92
Gloria Religioſa Domûs Thunianæ. p. 111
Gloria Pietatis Thunianæ. pag. 124
Gloria Perennis Domus Thunianæ. p 143

Di-

Digreſsiones Morales.

1. Quid eſt nobilitas ſine virtute? - pag. 7.
2. Quæ ſit maxima Victoria? - pag. 17.
3. Quid eſt Dives Avarus? - pag. 34.
4. Quid eſt oſculum? - - pag. 48.
5. Quid eſt ſapientia hujus mundi? - pag. 63.
6 Quid eſt Mundus? - - pag. 79.
7. Quæ ſit Crux maxima? - pag. 98.
8. An homo Solitarius ſemper ſit ſolus? pag. 116.
9. Quid eſt templum DEI? - pag. 132.
10. An rectè ſcribi poſsit ad mortuos? pag. 156.

ECTYPON.

Capellæ S. ROMEDII.

Alluſiones ad ſanctiſsimam Trinitatem. Pag. 3.
Explanatio Symbolorum S. ROMEDII. - pag. 4.
Explanatio Litteræ Thau. - pag. 5.
Explanationes figurarum ex Biblijs, à Pagin: 7. uſque. 12.
Illuſtriſsimæ Familiæ de SALM compendium. pag. 13.
Explanationes Figurarum in quibus diverſa repræſentantur inſignia, à pagina 18. uſque ad - pag. 23.
Explanatio Figurarum Arcem Thaur, Andex, Altam Guardiam, nec non Eremum S. ROMEDII repræſentantium. - pag. 24.
Deſcriptio Jurisdictionis Caſtri fundi. - pag. 26.
Explanatio Symbolorum quibus hæreſiarchæ perſtringuntur. - - pag. 29.
Deſcriptio Sacriſtiæ. - pag. 35.

Non est prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit.
Senec. 1. de ira. c. 14.

NIhil magis humanum est, quàm errare, & nihil magis inhumanum quàm humanis erratis nolle condescendere. Centum oculos Argus habuit, nec tamen sic omnia vidit, quid ergo mirum, si nonnulla subterfugiant minus oculatum. Humanissime Lector, si in quædam errata Orthographica incideris, eâ benevolè excusare, & corrigere non dedigneris. Quæ mihi in ultimata revisione operis emendanda occurrerunt hìc subnecto.

Pagina.	Linea.	
2.	25.	gygas, lege gigas.
5.	3.	Patricius, lege Patritius.
7.	1.	Margaritha, lege Margarita.
10.	2.	comtemnis, lege contemnis.
11.	5.	propinguus, lege propinquus.
12.	17.	ipsos, lege ipsas.
	23.	Sampsones, lege Samsones.
13.	20. 21.	Sampsones, lege Samsones.
14.	17.	pretiosi balthei, lege pretiosa balthea
21.	33.	dicendis, lege dicentis.
27.	5.	quærela, lege querela.
28.	15.	oportunum, lege opportunum.
31.	3.	supelectile, lege supellectile.
33.	1.	tadem, lege tandem.
41.	18.	consumationem, lege consummationem.
42.	11.	acuratiùs, lege accuratiùs.
44.	8.	Simonen, lege Simonem.
49.	27.	absumsisti, lege absumpsisti.
66.	6.	comes, lege comis.
146.	15.	honestimæ, lege honestissimæ.
149.	17.	staturarum, lege statuarum.
153.	14.	expto, lege exopto.
160.	6.	Sacretorum, lege secretorum.

In Ectypo Capellæ.

Pagina.	Linea.	
2.	2.	minimum, lege minima.
3.	24.	dictuta, lege dictura.
8.	5.	Eliseum, lege Elisæum.
17.	5.	Joanem, lege Joannem.
18.	11.	exixa, lege enixa.
23.	24.	tyaram, lege tiaram.
34.	17.	omem, lege omen.
37.	20.	ar, in fine deleatur.
	26.	accomodatissimus, lege accommodatissimus.

FINIS.

SECIAL 81-B
1245